ac subinde cessat ratio propter quam exigere censum prohibetur, respondetur enim cum Cardin. *in d. c. Ecclesiis, in fine,* etiam eo casu obligationem ex debito officio considerari ad eam liberandam, quamvis justè detineatur, cùm semper ratione officii obligetur ad procurandam Ecclesiarum utilitatem, ac libertatem, *c. ult. de success. ab intest.* cum aliis.

13 Quæstio est ad præsens institutum non contemnenda, an scilicet Episcopi possint Presbyteris singulos aureos, vel aliam summam singulis annis solvendam imponere? In qua se pro Neapolitanis Presbyteris consuluisse refert Navar. *cons.7.in antiquis,* alias 3. *in novis, de censibus*; & contra Prælatos citari non potest Concil. Lateran. *in d.c.prohibemus,* vetat namque

14 † Ecclesiæ census imponi, de personis autem nec verbum quidem. Similiter minus bene adducitur *c.1. n.2. cum seq.c.illud, c.inter cætera,* cum multis *ibidem,* 10.*q.3.* non enim ibidem agitur de personis, sed de Ecclesiis non gravandis ultra duos solidos Cathedratici nomine, quod jus Episcopale est *d.c.conquerente* 16. ubi gl. *verb.solidos, de officio Ordinarii.* Tandem pro Presbyteris non multum ad rem facit *c.cavendum, c. illa, ead. causa, & q.* ne Episcopi tyrannidem exerceant erga socios, neve eisdem scandalo sint, sed cum charitate, & gratiarum actione stipendia aliàs debita exigant, de talliis verò, & exactionibus minimè expendit Navarr. *d.cons.7.num.*1. Idcirco pro Presbyteris aliunde agendum est, & primò contra Prælatos fortiter urget text. *in c.cum Apostolus 6.vers.prohibemus, de censibus,* & ra-

15 tio illa à priori efficaciter concludens, quod † tributa juris publici sunt, & non nisi à Principe Superiorem non recognoscente imponi valent, vel nisi consuetudo immemorialis sit in contrarium, *c. quæ sint regalia, vers.vectigalia,* ubi Sebastian.Nav. *à num.*54. Boss. *in pract.tit. vectigalia quæ possint imponere, & tit.de Principe, n.*95. Anton.August. *in schol.ad collect.4.Decret.ad c. super quibusdam, verb. Imperatorum, de verborum signif.* Menoch. *cons.*302. *n.*27. *vers. quinto,* Menchac. *Illustr.lib.*2.*c.*8.*n.*2. Molin. *de just. tract.* 2. *disp.* 666. Cardin.Tusch. *littera G, concl.*1.*n.*7. *& littera V, conclus.*37. Cabed. *p.*2.*decis.*40.*n.*4. Alex.Trentacinq. *var. lib.*1.*tit.de jure fisci, resol.*5. *à n.*2. Tertiò facit, quod etiam ad relevandas omnes necessitates Episcopi non possunt Ecclesiis, neque Ecclesiasticis personis tallias, vel collectas indicere, nisi prius Summus Pontifex consulatur, *c.adversus* 7.*versic.propter, de immunit.Ecclesiar.* Ergo à fortiori in propriam utilitatem illud facere nequibunt. Ultimò, quod Episcoporum necessitatibus, si de novo superveniant, satis consultum est, ut si manifesta, & rationabilis causa constiterit, cum charitate moderatum valeant auxilium postulare, *d. c. cum Apostolus, vers.sustinemus,* de quo latè *alleg. seq.* igitur nihil proponitur, quod Prælatis contra Presbyteros opituletur.

ALLEGATIO LXXXVI.

Episcopo quando, & à quibus canonica portio, quarta decimationum, & jus Cathedraticum debeatur.

SUMMARIUM.

1 *Canonica portio nihil aliud est, quàm certa bonorum portio debita Episcopo ratione oneris, quod in administratione sui Episcopatus sustinet.*

2 *Canonica portio sic dicitur, eo quòd sit à Canonibus approbata, ac debita Decretorum Canonicorũ jure.*

3 *Canonicæ portionis quantitas juxta diversa tempora, diversasque diversarum provinciarum consuetudines assignata fuit.*

4 *Canonica portio nulla debetur ex consuetudine spatio* 40. *annorum præscripta.*

5 *Luctuosa in aliquibus Hispaniæ locis canonicæ portionis loco subrogata est.*

6 *Luctuosa ex quibus solvenda, ostenditur.*

7 *Canonica portio Episcopo debetur de legatis relictis Ecclesiis, vel piis locis.*

8 *Prælato, qui habet jurisdictionem quasi Episcopalem in Ecclesia, debetur Canonica portio de relictis ipsi Ecclesiæ.*

9 *Canonica portio est de lege jurisdictionis.*

10 *Canonica portio Episcopo non debetur de legato relicto loco exempto.*

11 *Canonica portio ex quibus rationibus debeatur Episcopo, ostenditur.*

12 *Episcopalia in locis exemptis Episcopus nec exigit, nec percipit.*

13 Clem.3. §. verùm, de sepultur. *declaratur.*

14 *Ecclesia exempta, quæ habet capellas, vel populum non exemptum, tenetur Episcopo ad canonicam, nisi populus pleno jure subjectus esset Ecclesiæ exemptæ.*

15 *Pleno jure dicuntur Ecclesiæ ad aliquem pertinere, quando utroque jure, id est in spiritualibus, eidem subjectæ sunt.*

16 *Canonica an debeatur si fiat legatum Ecclesiæ exemptæ tempore mortis, subjectæ verò tempore testamenti, ostenditur.*

17 *Regulares qui eximantur à solutione quartæ funeralium Episcopo debitæ, ostenditur.*

18 Concil.Trident.sess.25.de reformat. cap. 3. *declaratur.*

19 *Concil. Trident. fuit confirmatum die* 27. *Ianuar.* 1564.

20 *Canonica portio, seu quarta Episcopalis, ex quibus bonis, quæ Ecclesiæ, vel aliquibus locis piis obveniunt, deduci non possit, ostenditur.*

21 *Pauperibus quando aliquid relinquitur in genere, non debetur Canonica portio Episcopo, nisi relinquatur pauperibus certi loci, & n. seq.*

22 *Canonica portio non detrahitur de relictis personis.*

23 *Canonica portio non debetur de relictis pro ornamentis, cereis, Ecclesiæ luminariis, anniversariis, vel pro faciendo choro, pictura, Calice, ac aliis, quæ ad perpetuum divinum cultum legantur, vel etiam pro prædictis ornamentis redimendis, ornandis vel reparandis.*

24 *Canonica portio an debeatur de relictis pro restauratione, vel ædificatione Ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium, vel aliorum piorum locorum, si illa non egeant, ostenditur.*

25 *Canonica portio non debetur quando aliquid legatur, ut omni anno fiat solemnitas alicujus Sancti.*

26 *Canonica portio non debetur quando quis in vita donat Ecclesiæ.*

27 *Canonica portio non debetur ex legato pro maritandis duabus puellis singulis annis facto.*

28 *Canonica portio an debeatur ex his, quæ hospitalibus, vel confraternitatibus reliquuntur, remissivè.*

29 *Canonica portio non debetur, si quis subditus Episcopo legat aliquid Ecclesiæ extra diœcesim constitutæ.*

30 *Episcopus, cui legatum absolutè relictum est, potest insimul canonicam vindicare portionem.*

31 *Legatum quando alicui factum est, eo adjecto, ut illo contentus, nihil amplius petat, eo ipso quod acceptat, videtur debito renunciasse.*

32 *Beneficiarius testator si absolutè leget Episcopo, cur*

tunc

tunc non possit ipse Episcopus legatum, & luctuosam insimul retinere, ostenditur.

33 *Quarta decimarum Episcopo debita unde initium sumpserit, ostenditur.*

34 *Episcopus de jure communi in quarta decimarum fundatam habet intentionem.*

35 *Quarta decimarum jure communi debetur Episcopo ab Ecclesiis curatis, non autem ab ipsis Parochianis.*

36 *Decimæ prædii, quod in alicujus Parochia situm non est, pertinent ad Episcopum.*

37 *Parochiæ ubi distractæ non sunt, decimæ pertinent ad Episcopum.*

38 *Quarta decimarum est legis diœcesanæ, à qua exempta sunt monasteria.*

39 *Quarta decimarum potest in totum tolli consuetudine, vel præscriptione, & idem de canonicâ portione.*

40 *Cathedraticum, quod ob honorem cathedræ Episcopalis sic dicitur, ultra procurationem Episcopis debetur.*

41 *Cathedraticum debetur per Presbyteros suis Episcopis, & solet dari in festo Nativitatis, & Resurrectionis Domini.*

42 *Cathedraticum non potest præscribi, licèt per contrariam consuetudinem possit aliter introduci, &* num.45.

43 *Cathedratici taxa sunt duo solidi.*

44 *Solidi duo pro Cathedratico solvendi sunt secundum taxam quæ antiquitus solvi consuevit, attenta semper in hujusmodi taxatione consuetudine illa, quæ bona, & rationabilis fuerit.*

45 *Cathedraticum non censeretur remissum, licèt pleno jure liberaretur Ecclesia, nisi expressè ponatur.*

De Canonica portione Episcopo debita. §. I.

1 CANONICA portio, id est, pars à Canonibus instituta, vel approbata, est duplex; una quæ debetur Ecclesiæ Parochiali, seu Rectori de singulis legatis; aut relictis factis Ecclesiæ apud quam eligitur sepultura, *c. cum super, de sepultur.* de qua in præsenti à nobis nihil agendum est; altera quæ debetur Episcopo ab Ecclesiis suæ diœcesis, alia quæ debetur Ecclesiæ Parochiali, seu Rectori, *c. de his,* cum similibus, *c. officii, de testam.* & nihil aliud est quàm certa bonorum portio debita Episcopo ratione oneris; quod in administratione sui Episcopatus sustinet; introducta ex similitudine legitimæ patri aut patrono debitæ in bonis filii, vel liberti, ad instar cujus visum fuit in Episcopo, qui pater & spiritualis patronus est, jus ad certam in bonis
2 suorum portionem competere; diciturque † Canonica portio pro eo quod sit à Canonibus approbata, ac debita decretorum Canonum jure. Sylv. *in sum.verb. Canonica portio, n.* 1. Frat. Ludov. Miranda *in manuali Prælat.tom.2.q.*48.*art.*1.*in princ.* latè Host. *in sum. tit. de sepult.*& extat opusculum de Canonica quarta portione Lapi,& aliud de eadem re Petri Ubaldi Perusini. Super qua Episcopus habet fundatam intentionem de Jure communi, Greg. *dec.*519.*n.*1.Rot.*dec.*31.*n.*5.*p.*1. *diverf.& decis.*402. *n.*1. *p.*1. *recent.* & fuit dictum *in Pacen. decimarum,*12.*Febr.*1608. coram *Card.Sacrato,* Seraph. *dec.*1449.*n.*4.

3 Attento Jure certa portio fuit diffinita; scilicet quarta pars redditiuum Ecclesiasticorum, & oblationum,cæterarumque obventionum, quæ intuitu pietatis Ecclesiis inferioribus acquirebantur, *c.concesso, c.de redditibus,c.mos est,*cum multis, ibi,12. *quæst.*2. Postea verò tertia pars fuit assignata, juxta varietatem Provinciarum, eo adjecto onere, ut Episcopis incumbat fabrica Ecclesiarum inferiorum, ut in nostra Lusitania factum probat *c. priscis, c.unio,* cum aliis, *ibid.*10.*q.*3. tamen de illis bonis, quæ defunctorum judicio relinquuntur Ecclesiis inferioribus, tertia pars ad Episcopos pertinet absque ullo onere, *c.* 1. ubi de hac re agitur, neque alicujus oneris mentio fit *c.certificari, de sepultur.*Aliquando quarta,aliquando medietas,juxta diversarum Provinciarum diversas consuetudines, *d.cap. certificari,c.requisisti,in princ.de testam.* Covar. *in cap. officii* 14.*in princ.eod.tit.*Aloys.Ricc.*in praxi aurea,resol.*209.*concl.*5. Bertachin. *de Episcopo,lib.*4.*p.*4.*n.*40.
Aliquando verò † consuetudine spatio quadraginta 4
annorum præscripta nulla Canonica portio debetur, Franc.Leo *in thesauro fori Ecclesiast.p.*2.*c.*14. *de quarta funeralium, n.*29. post Innoc. Petrum Perusin. & Panorm.sequitur Azor. *inst. moral. p.*2. *lib.*9.*c.*12.*q.*3. ubi *q.*4. cum Sylv. *in sum.verb.Canonica portio,q.*2. re-
solvit † Episcopum non posse vi pacti renunciare juri 5
prædictæ quartæ, quando notabili damno Ecclesia læditur. † Unde in aliquibus Hispaniæ diœcesibus loco 6
hujus quartæ, quæ penitus abrogata est, subrogatum fuit jus quoddam Episcopale, quod vulgariter dicitur luctuosa, quæ solvenda est ex bonis mobilibus beneficiarii mortui illius Ecclesiæ,quæ habebat quartam decimationum,& in aliquot locis est certa quantitas argenti,vel auri,vel in moneta,vel in materia: in aliis est pretiosior supellex quam habent beneficiarii prædicti. Et quamvis Capitula Ecclesiarum Cathedralium in certis locis habeant istam quartam mortuariorum ex aliquot piis locis, vel istam luctuosam subrogatam in locum ipsius, ex beneficiariis mortuis aliquarum Ecclesiarum Episcopatus, non per hoc desinit prædicta quarta,vel luctuosa esse jus Episcopale suâ naturâ,licèt per accidens pertineat ad Capitula, cùm hoc habeant propter separationem bonorum factam inter ipsa Capitula, & Episcopos.

Regula igitur constituenda est in hac materia,quod 7
Episcopo debetur Canonica hæc portio de legatis relictis Ecclesiis, vel aliis locis, *cap.conquerente, de officio Ord.* ubi gloss.*verb.mortuariorum,c.requisiti,c.ult.de testam.c.*1.*cum seq.*10. *q.*3. *c.de quarta, de præscript.* Mar. Ant.*var.resol.lib.*1.*resol.*112.*casu* 58.Franc.Leo *d.c.*14. *n.*6.Aloys.Ricc.*in d.praxi aurea,resol.*209. *n.*1. Fr.Ludovic.Miranda *d.q.*46.*art.*3.Potissimùm verò tribus ex 8
causis,*prima* in recognitionem superioritatis, sicut cætera jura Episcopalia, de quibus *in d.c.conquerente, & in c.de quarta,& in c.auditis, de præscript. Secunda* ob communicationem quæ inter Episcopum & Ecclesias reperitur,*c.requisiti,vers.secus, de testam. Tertia* ob curam & cœleste pabulum,quod impertitur Ecclesiis inferioribus,ut satis deprehenditur ex *c.*1. ibi, *cœlesti pabulo,de sepultur.* tenent omnes ex Abb. *in c. officii* 14. *n.*6.*de testam.*& ex Lap.*de can.portione,p.*2.*n.*1. † Epis- 9
copi autem nomine hic intelligo Archidiaconum; aut quemvis alium Prælatum inferiorem, qui habet in ea Ecclesia jurisdictionem quasi Episcopalem. Ratio est, quia † Canonica est de lege jurisdictionis Episcopo debita jure Episcopali, Innoc. *in c.*1. *de statu Monach.* Ubald. *tr.de Canonica Episcop.c.*1.*n.*4. Planè cùm hujusmodi Prælati habeant illud in Ecclesiis sibi pleno jure subjectis,habere etiam debent cum omnibus emolumentis connexis,& annexis.Ubald.*d.tr.c.*4.*q.*5.*princ. n.*5.*vers.notandum.*

Ex quibus *primò* dubitari potest, utrum si legatum 10
relinquatur loco exempto, debeatur Episcopo Canonica portio? Partem negativam, quæ vera est, sequuntur Innoc.& Doct. communiter *in cap. officii, de testam.* ubi Abb. *num.* 6. Bald. *in l. si quis ad declinandam,col.*6. *vers. juxta hoc,de Episcopis, & cleric.* Sylvest. *in sum.verb.Canonica portio, quæst.*3. *num.*4. Ang. *eodem verbo,num.*7. Lap. *d.tract.quæst.*4. Ubald. *eodem tr. cap.*4. *quæst.*6. Fr.Ludov. Miranda *d. q.*48. *art.* 2. novissimè Alphons. de Leone *de officio Capellani*

11 *quæst.* 4. *praxi* 6. *num.* 109. Pro quibus illud expenditur, quia hujusmodi canonica debetur Episcopo, vel in recognitionem superioritatis, sicut cætera jura Episcopalia, de quibus *in d. cap. conquerente*, vel ob communicationem, quæ inter Episcopum, & Ecclesias sibi subjectas reperitur, *d. cap. requisisti, vers. secus*, vel propter onus, quod sustinet in celebrando solemniter, Ordines conferendo, prædicando, atque alia omnia ferendo, quæ tam ad forum contentiosum, quàm pœnitentiale spectant, Ubald. *d. quæst.* 6. *num.* 5. quæ rationes nullatenus vigent respectu exempti, quia cùm immediatè Pontifici subjiciatur, non oportet, ut solvatur aliquid Episcopo in signum superioritatis, quam non habet respectu illius loci: deinde nulla inter utrumque reperitur communicatio, neque ulla cura pastoralis, aut pabulum exercetur. Ulteriùs facit, quod

12 † Episcopus neque exigit, neque percipit jura Episcopalia in locis exemptis, *cap. luminoso*, 18. *q.* 2. *cap. cùm Episcopus*, 7. *de offic. Ordin. in* 6. ubi gloss. recepta *verb. exempto*; cùm solus Papa dicatur Ordinarius Episcopus exemptorum, *cap. nulla, dist.* 93. juncta *gloss. ult. ibid. c. auctoritatè* 4. *de privileg. in* 6. Non obstat

13 text. *in Clem.* 2. § *verùm, de sepultur.* ubi † Religiosi, quamvis exempti, coguntur solvere Ecclesiæ Parochiali canonicam portionem de omnibus obventionibus, tam funeralibus, quàm aliis quibuscunque; & quomodocunque relictis; quia respondetur textum illum non agere de jure Episcopali, sed de Parochiali, quod Parochis debetur propter ministerium Sacramentorum, & cætera Officia pastoralia, ut habetur *in d.* §. *verùm, in principio*, quæ omnia cùm Parochus exercuerit in Parochianum, quamvis in loco exempto elegerit sepulturam, non mirum si Ecclesiæ Parochiali debeatur quarta illa portio, respectu cujus non deficit, immò etiam viget ratio debiti, cùm tamen circa jus Episcopale supposita exemptione rationes omnes deficiant, ut modò consideravimus.

14 Illud tamen pro hujus primæ dubitationis complemento advertendum duxi, quod Ecclesia exempta, quæ habet Capellas vel populum non exemptum, tenetur Episcopo ad canonicam, prout per text. *in c. ex ore, de privileg.* tenent Innoc. & Joan. Andr. *in cap. in nostro, de sepultur.* Lap. *d. tract.* §. *quia, num.* 6. *vers. secundò queritur*, Ubald. *eodem tract. c.* 4. *quæs.* 5. & *quæs.* 8. *cum tribus sequentibus*, Erasm. à Cochier *de jurisdict. Ordin. in exemptos, part.* 4. *quæst.* 6. *num.* 5. me citato *in hoc loco*, Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatum, & Prælatorum, tam Regularium, quàm secularium Episcopis inferiorum, tom.* 1. *disp.* 16. *quæst.* 13. *in fine.* Nisi populus pleno jure subjectus esset Ecclesiæ exemptæ,

15 Ubald. *d. cap.* 4. *quæs.* 9. *n.* 3. † Pleno autem jure dicuntur Ecclesiæ ad aliquem pertinere, quando utroque jure, id est, in spiritualibus, & temporalibus eidem subjectæ sunt, *cap. quoniam* 21. *de privileg.* ubi gloss. & *in cap. cùm & plantare*, §. *in Ecclesiis, verb. pleno jure, eodem tit.* quas ibi sequuntur Anton. *n.* 26. Cardin. *n.* 1. Dec. *n.* 12. & 16. Rebuff. *in concordatis, tit. forma mandati, verb. plenum*, Card. Tusch. *litt. P, concl.* 364. *n.* 3. Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 2.

16 *Secundò* dubitatur an hæc canonica debeatur, si fiat legatum Ecclesiæ exemptæ tempore mortis, subjectæ verò tempore testamenti? In quo sequentes distinguendi sunt casus. *Primus* si utroque tempore, testamenti scilicet, & mortis, exemptio sit, non debebitur canonica rationibus antea dictis. *Secundus*, si subdita sit tempore testamenti, exempta verò tempore mortis, non debebitur quoque canonica; quia inspicitur conditio, & status temporis, quo legatum cedit; non verò quo legatur, *l. post diem, ff. quando dies legat. l. quæ legata, ff. de regulis juris*, Lap. *dict.* §. *quia de, num.* 12. *Tertius* si exempta sit tempore testamenti, subdita verò tempore mortis, debebitur canonica, quia inspiciendum est tempus mortis, non autem tempus testamenti, *l. si cognatus, ff. de rebus dub. l. generaliter*, §. *si homini libero, ff. de fideicomm. libert.* Ubald. *d. c.* 4. *q.* 7. *num.* 3. Denique an Regulares eximantur à solutione quartæ funeralium Episcopo debitæ, agit Fr. Ludovic. Miranda *d. quæst.* 48. *art.* 6. & decisum fuit in Rota, ut videre est sequenti decisione: quam etiam post primam hujus tract. impressionem finitam reperi, me *in hoc loco* citato, apud Ascan. Tamburin. *de jure Abbatum, & Prælatorum, tam Regularium, quàm secularium, tom.* 2. *disp.* 16. *quæst.* 14. *n.* 3. & me etiam citato novissimè Alphons. de Leone *de officio Capellani q.* 4. *praxi* 6. *num.* 126.

R. P. D. Decano. Licens. quartæ funeralium, Lunæ 15. *Ianuarii* 1618.

DOmini censuerunt Monasterium Clericorum Regularium non teneri ad solutionem quartæ funeralium Reverendissimo Episcopo; nam etsi de jure communi ista quarta spectet ad Episcopum, vel Parochum, *Clement. dudum, de sepult. cap.* 1. & 4. cum aliis, *eod. tit. c. cùm quis pariter, eod. tit. in* 6. attamen secus est quando Monasterium eximitur à dicta solutione, ad text. *in cap. privilegia, dist.* 3. *c. in nostra, de sepultur.* In casu autem, de quo agitur, nedum prædictum Monasterium, sed etiam tota Religio est exempta à dicta solutione quartæ funeralium, cùm Paulus IV. & Gregorius XIV. dictis Clericis Regularibus comunicaverint omnia privilegia aliis Regularibus concessa, quare censentur etiam communicata privilegia eximentia à dicta solutione quartæ, inter quæ adest privilegium Julii II. concessum Minimis de anno 1506. & aliud ejusdem Pontificis concessum Minoribus de observantia anno 1511. sui Pontificatus 8. & aliud Pauli III. concessum Minoribus *anno* 1544. & postremò aliud Pauli V. concessum Ordini Prædicatorum anno 1536. quæ per extensum refert Archangelus Caracia *de quarta funeralium, c.* 1.

Neque obstat Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 13. *de reformat.* quia cùm istud Monasterium sit fundatum post publicationem Concilii, & quatenus esset fundatum ante, cùm non esset solitum solvere dictam quartam, Concilium ei non obstat, ut declaravit Sanctissimus Pontifex Pius V. *in sua Constit. de anno* 1567. quam refert Archangelus Caracia *loco citato*, Gutierrez *de juramento confirmat.* 2. *p. c.* 4. *n.* 3. Eman. Rodriguez *in quæst. regul. tom.* 1. *q.* 41. *art.* 2. & ita etiam resolvit *Congreg. Illustrissimorum Interpretum*, & refert Rodriguez *loco prædicto.*

Quod autem hoc Monasterium fuerit fundatum post confirmationem Concilii, ex eo probatur, quia Concilium fuit confirmatum *die* 27. *Ianuarii* 1546. Religio autem Clericorum Regularium fuit confirmata à Clemente VII. 14. *Iunii* 1524. unde per necesse inferendum est, quod hoc monasterium sit fundatum intra quadraginta annos, de quibus loquitur Concilium, & quatenus esset fundatum extra dictos quadraginta annos, non probatur quod esset solitum solvere quartam funeralium.

Neque est verum, quod prædicta Constitutio Pii V. fuerit revocata per Gregorium XIII. ut in ejus Bulla, quam refert Navarr. *in man. cap.* 27. *in fin.* quia cùm dicta Bulla Pii plura contineret, per Gregorium redacta fuit ad terminos Concilii, ut censuit *Congregatio Illustrissimorum Interpretum*, ut refert Caracia *loco citato*, qui etiam in fine tractatus refert ipsam declarationem, & bene advertit Gutierrez *loco citato.*

Et ita fuit resolutum una parte tantùm informante, de qua declaratione meminit Paulus V. *const.* 4. incip. *Decet Romanum Pont.* 20. *Augusti* 1605. dum tenet quod cùm quæreretur, an Monasteria ante annos quadraginta ædificata deberent quartam funeralium solvere, Eminentissimi S. R. E. Cardinales Decretorum

sacri

sacri Concil. Trident. interpretes censuerunt Monasteria ædificata à quadraginta annis citra, non teneri ad solutionem quartæ funeralium hujusmodi, si modò sint ejus Religionis, cui à Sede Apost. ante quadraginta annos indultum sit, ut eandem quartam non teneantur solvere Episcopo.

20 *Tertiò* quæri potest, an sint aliqui casus jure exempti, in quibus quarta Episcopalis ex bonis quæ Ecclesiæ, vel aliquibus locis piis obveniunt, deduci non possit? Respondendum aliquos dari, quos enumerant Azor. *d.c.*12.*q.*7. Francisc. Leo *d.c.*14.*à num.*6. Sylvest. *d.verb.Canonica portio, quæst.*4. Frat. Ludovic. Miranda *dicta quæst.*48. *art.*3. *concl.*1. Rota *in una Syracusana quarta, die Mercurii* 5. *Martii* 1586. coram *Illustrissim Seraph.* quæ reperitur impressa *decis.*726. & per Quarantam *in summa Bullarii, verb. quarta Episcopalis.*

21 *Primus* igitur casus est, quando aliquid relinquitur pauperibus in genere, quia tunc nulla debetur quarta. Gloss. *verb. decrevit, in c.*2. *de sepultur.* ubi Innoc. *n.*1. & Abb. *num.*8. Bald. *in l. id quod pauperibus, n.*30. *vers. addo tertiam rationem, C. de Episcopis & cleric.* Roman. *cons.*233. *num.*2. *vers. tertio fallit,* Ubald. *de Canonica Episcop. c.*5. *num.* 6. *&* 11. *c.*7. *num.*15. *&* 50. Tiraquell. *de pia caus. a, privil.*28. Francisc. Leo *d.c.*24. *n.*9. Azor. *dict. cap.* 12. *q.*9. Seraph. *d. decis.*726. *num.*1. † Ratio 22 est, quia quando relinquitur pauperibus in genere, relinquitur personis, non autem piis locis; de relictis autem personis non detrahitur quarta Episcopalis, juxta text. *in cap. ex parte, il terzo, de verborum significat.* Ubald. *ubi proximè,* Fratr. Ludovic. Miranda *d. quæst.*48. *art.*3. *conclus.*3. Fallit autem causus iste in relicto facto pauperibus certi loci, quia tunc legatum videtur factum intuitu illius loci, & sic factum loco pio, ut post Joan. Andr. limitant Abb. *in dict. cap.*2. *num.*3. & Petr. de Ubald. *dicto loco.* An, & quando debeatur quarta de Missis relictis? Vide Alphons. de Leone *d. quæst.*4. *praxi* 6. *num.*115.

23 *Secundus* casus est, quando aliquid relinquitur pro ornamentis, cereis, fabrica Ecclesiæ, luminaribus, anniversariis, vel pro faciendo choro, pictura, Calice, ac aliis quæ ad perpetuum divinum cultum legantur, ut est text. *in c. ultim. de testam.* ubi Abb. *num.*2. Covarr. *n.*4. Petr. de Ubald. *de Canon. Episcop. cap.*6. Lap. *de canon. port. p.*2. *à n.*24. Valasc. *consult.*105. *num.*13. Fr. Ludovic. Miranda *d. q.*48. *art.*3. *concl.*1. Francisc. Leo *d. c.*14. *n.*6. Azor. *d. c.*12. *q.*7. *casu* 2. 4. *&* 5. Seraphin. *d. decis.*726. *n.*4. Amplia etiamsi relinquatur pro operibus piis in genere, & executores distribuerint legatum in fabrica, luminaria, & ornamenta Ecclesiæ, vel in concernentia divinum cultum. Covar. *in d. c. ult. num.*7. & ratio est, quia distributio, quam facit executor, censetur facta ab ipso testatore, *l. unum ex familia,* §. 1. ubi Dyn. Bart. & Doct. *ff. de legatis* 1. secus si executores distribuerint legatum in usum non privilegiatum locorum piorum. Idem est judicium si legetur aliquid pro prædictis ornamentis redimendis, ornandis, vel reparandis, Fr. Ludovic. Miranda *ubi proximè,* novissimè in generali Congreg. S. R. E. & universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apost. montis Quirinalis coram S. D. N. Urban. VIII. & Eminentissimis S. R. E. Cardinalibus adversùs hæreticam pravitatem Inquisitoribus generalibus à sancta Sede Apost. specialiter deputatis, die 8. Septembris 1625. *S. D. N. pro debito sui Pastoralis officii corrigere volens abusus nonnullorum in Statu Sedi Apost. mediatè vel immediatè subjecto existentium, qui libros à se compositos extra præfatum Statum absque ulla Ordinariorum, & Inquisitorum loci, ubi degunt, approbatione imprimendos transmittunt, statuit, & decrevit, ut in posterum nemo in Statu prædicto degens, cujusvis conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis existat, libros de quavis materia tractantes, & ubicumque compositos audeat aliò deferre, vel mittere imprimendos, sine expressa in scriptis approbatione Eminentissimi D. Cardinalis S. D. N. Vicarii, & Magistri sacri Palatii, si in urbe: si verò extra urbem existat, sine Ordinarii, & Inquisitoris loci illius, sive ab iis deputatorum facultate, & licentia operi præfigenda. Libros autem, quos contra præsentis decreti tenorem imprimi contigerit, præter alias pœnas arbitrio suæ Sanctitatis infligendas, absque alia declaratione ex nunc prohibet, & pro expressè prohibitis haberi vult, & mandat, &c.*

Quod verò non debeatur quarta de relictis pro re- 24
stauratione Ecclesiæ matricis, ædificatione, & reparatione Ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium, & aliorum locorum piorum, probat expressè text. *in d. cap. ult.* ibi, *seu fabrica, & in d. c. ex parte,* ibi, *vel ob fabricam,* Seraph. *decis.*726. *num.*3. Procedit tamen hæc resolutio secundum aliquos, quando Ecclesia, cui legatum pro fabrica fit, indiget ædificiis, aut refectione parietum, secus enim si his non indigeat; quia tunc ex legato fabricæ facto ne fiat fraus Episcopo, aut parochiali, quarta detrahitur, ita Fr. Ludovicus Miranda *d. quæst.*48. *art.*3. *conclus.*1. Covarr. *in d. c. ult. num.*4. *vers. tamen,* ubi dicit esse magis communem opinionem, Azor. *d. cap.*12. *quæst.*7. *casu* 3. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Eccles. q.*394. *& q.*444. Verùm contrarium tenuerunt Goffred. Card. & Barbat. *in d. c. ult.* relati ab eodem Covarr. *loco proximè citato,* sequitur Francisc. Leo *d. c.*14. *n.*8. per text. *in cap. vobis,*12. *q.*2. quia legatum Ecclesia non indigente servandum est in futuram Ecclesiæ refectionem, & restaurationem. In hoc denique opinionum conflictu Rot. *in d. Syracus. quarta,* tenet attendendam esse formam legati; si enim testator vult statim, vel in singulos annos solvi aliquid pro restauratione Ecclesiæ, quæ reparatione non indigeat, tunc servari poterit prior sententia; si verò legat pro restauratione Ecclesiæ quoties ea indigebit, tunc posterior sententia contraria erit sequenda, & sub hoc articulo cadunt etiam relicta pro subventione Ecclesiæ respectu luminarium, ornamentorum & aliorum ad cultum divinum pertinentium, ex his namque non debetur quarta *dict. cap. ultim.* si verò usus est indeterminatus, & non destinatus perpetuo cultui divino, tunc debetur quarta, *d. cap. ex parte, & cap. requisisti, de testam.*

Tertius casus est quando aliquid legatur, ut omni 25
anno fiat solemnitas alicujus Sancti, vel quod in aliqua Ecclesia constituatur præbenda, vel altare, aut pulpitum, vel aliud hujusmodi. Innoc. *in d. cap. ult.* Franc. Leo *d. cap.*14. *num.*9. *in princ.* Azor. *d. cap.*12. *q.*7. *casu* 7. Fr. Ludov. Miranda *dict. q.*48. *art.*3. *concl.*1. *vers. quintò,* ubi etiam quod de oblationibus non debetur quarta.

Quartus casus est quando quis in vita donat Ec- 26
clesiæ, videlicet ex donatione inter vivos, per *cap. de his, de sepult. & c.*1. *de statu monach.* resolvunt Azor. *d. c.*12. *q.*7. *casu* 9. Fr. Ludov. Miranda *d. quæst.*48. *art.*3. *concl.*1. *in fine.*

Quintus casus est quando legatur pro maritandis 27
duabus puellis singulis annis; & pro una puella consanguinea, quia aut sunt pauperes, & non debetur quarta, cùm legatum sit factum personis, & non locis, ut suprà diximus, aut non sunt pauperes, & ultra præfatam rationem militat alia ratio, quod tale legatum non dicitur pium, & ideò ex eo quarta non debetur, ut conclusum fuit per Rotam *in dicta Syracusana quarta,* coram Seraph. *d. decis.*726. *num.*6. Idem juris est si quid legetur certo alicui clerico, vel leprosis, qui in certo loco curantur; vel Religiosis in certo loco commorantibus, vel viduis peregrinis, ut alantur, Sylvest. *verb. Canonica portio, quæst.*6. Azor. *d. c.*12. *quæst.*10.

Quartò dubitatur, an ex iis, quæ hospitalibus, vel 28
Confraternitatibus relinquuntur, quarta Canonica

debeatur? De qua quæst. satis dictum est suprà *alleg.75. num.43.*

29 *Quinto* dubitatur; utrum debeatur quarta Episcopalis, si quis subditus Episcopo leget aliquid Ecclesiæ extra diœcesim constitutæ? Negativè respondebitur; quia cura illius Ecclesiæ non est penes Episcopatum; Abb. *in c. requisiti, de testam.* Innoc. *in c. officii,* & Joan. Andr. *in cap. certificari, eodem tit.* quos refert, & sequitur Azor. *d. c. 12. q. ultim.*

30 *Sexto* dubitatur, an Episcopus, cui legatum absolutè relictum est; possit insimul canonicam vendicare portionem? In quo dubio affirmativè respondendum; ratio est, quia quando duo ex diverso capite, & à diversis personis debita concurrunt, & non datur animus compensandi ex parte legantis, utrumque debitum peti potest, juvat *l. Titia 29. §. qui Marco, ff. de annuis leg.* sed quando legator absolutè legat Episcopo, & locis piis, concurrunt duo ex diverso capite, & à diversis personis debita: deinde ex parte legantis non proponitur animus compensandi cum canonica portione. Quare ita resolvunt per text. *in d. c. officii, vers. quod si,* Anton. *ibi, n.6.* Abb. *n.4.* Covar. *n.3.* & plures ex novioribus relati à Valdes. *in addit. ad Xuar. l.1. tit. de las arrhas, ad n.36. vers. sed pone,* optimè D. Barbosa *in l. cum dotem, §. si pater, n.31. ff. soluto matrimon.* Dixi *absolutè*; quia si testator sub conditione legaverit Episcopo, ut contentus legato nihil amplius petat de canonica portione, & Episcopus acceptaverit, nihil amplius valebit exigere, *dict. cap. officii, vers. consultationi*: Ratio

31 est, quia † quando legatur alicui, eo adjecto, ut amplius non petat; eo ipso quod acceptat, videtur debito renuntiasse; text. *in dict. cap. officii,* ibi, *renunciasse,* &c. juncta reg. *l. cùm ab uno 55. de legatis 2. reg. quod semel, regul. scienti, de reg. juris in 6.* Alexand. *in l. si cum dotem 23. §. si pater, ff. soluto matrim. n.2.* Roman. *cons. 79. lib.2.* Socin. Jun. *cons. 173. num.3. lib.2.* Graff. *§. legatum, q.16. num. ult.*

32 Unde; cùm luctuosa nostris temporibus, & apud Hispanos subrogetur in locum Canonicæ portionis, quæ modò in desuetudinem abiit apud nostros, si testator ea conditione legatum Episcopo relinquat, ut illo contentus luctuosam non exigat, si Episcopus legatum acceptet, luctuosam petere non poterit, ex supradictis. Quandò tamen beneficiarius testator absolutè legat Episcopo, non poterit Episcopus legatum; & luctuosam insimul retinere. Probatur manifestè; quia testator luctuosæ verè debitor est; neque enim illa exigitur ab aliqua Ecclesia inferiori, ut de Canonica portione patet: deinde neque ab aliquo tertio; sed ab hærede, prout defunctum repræsentat; Navar. *de spoliis cleric. §.9. n.7.* Molina *de justit. tract.2. disp.147. col.10.* Denique testator debitor est, non voluntarius, sed necessarius; quippe cum ex vi consuetudinis cogatur; velit, nolit, luctuosam solvere, ut modò citati resolvunt; & ideo censetur legasse animo compensandi, juxta resoluta per Parentem meum *in commentar. ad Ord. Regiam Lusitan. lib.4. tit.31. §.6. n.1.* ubi plures refert Doctores. Verùm ubi testator modicum legat Episcopo, ut nihil amplius exigat, quamvis acceptet; si fraudem intervenisse probet, potest restituto, vel compensato legato integram exigere portionem; vel hodie luctuosam vendicare, dummodo tamen prudens, & sciens fraudem commissam; nihilominus non acceptet; Ratio est, quia fraus & dolus non debent alicui patrocinari, neque ut commodum consequatur; neque ut tertio præjudicium irrogetur, *cap. intelleximus, de judic. Clem.2. §. verùm, colum. penult. de sepult.* Hæredes Baronum defunctorum ex antiqua consuetudine solent dare Episcopo, in cujus diœcesi habent Baroniam, Regalia consistentia in lecto, equo, pileo, ense, annulo, calcaribus, & ocreis, sed paucis ab hinc annis dubitatum fuit *in sacra Congreg. super consultationibus Episcoporum, & Regularium, inter Archiepiscopum Hydruntinum & Alexanensem, an si Baro moriatur in diœcesi alterius Episcopi, sintne hujusmodi Regalia Episcopi illius ubi est Baronia, vel illius ubi moritur? Nam cùm obierit Joannes Baptista Callonè Baro terræ, seu casalis nuncupati Spechio delli Urosci, in diœcesi Hydruntina existentis, procurator dicti Archiepiscopi petiit Regalia præd. ab illius hæredibus; eo quòd Baroniam habuerat in sua diœcesi, cui petitioni se opposuit Episcopus Alexanensis, qui dicebat hujusmodi Regalia ad se spectare, sub prætextu quod dictus Baro licet possideret Baroniam in diœcesi Hydruntina, decessit tamen in terra Trimusci Alexanensis Diœcesis, & propterea Regalia sibi deberi ratione funeralium & sacramentorum. Quo negotio delato ad eandem Sacram Congregationem, Illustrissimo Lancellotto referente, fuit resolutum ad favorem Archiepiscopi Hydruntini:* & Sacra Congregatio se fundavit in alia simili decisione facta de anno 1600. inter eundem Episcopum Hydruntinum, & Episcopum Licienſem. Cùm enim quidam Baro Casalis nuncupati Castri, diœcesis Hydruntinæ, decessisset in Civitate Licii, Episcopus Licienſis prætendit sibi deberi Regalia prædicta ratione sepulturæ & Sacramentorum, quæ in dicta Civitate fuerant ministrata dicto defuncto. Delato negotio ad eandem *Sacr. Congregat.* ad relationem Illustrissimi Gymnasii fuit resolutum, Regalia spectare Archiepiscopo Hydruntino, in cujus diœcesi erat Baronia, non autem Episcopo Licienſi; in cujus Civitate Baro decesserat: ita refert novissimè D. Julius Lavor. multis nominibus à me commendandus *tom.1. var. elucubr. tit.2. de prisco, & recenti funerandi more, c.3. n.204.* ubi subdit rationem hujus resolutionis eam esse posse, quia ista Regalia non dantur ratione sepulturæ, & Sacramentorum, sed Baroniæ.

De quarta decimationum Episcopo debita.

§. II.

DEveniendo ad quartam decimarum Episcopo debitam; sciendum tempore primitivæ Ecclesiæ, cùm Episcopi essent pauperes; statutum fuisse, ut ipsi de oblationibus matrici Ecclesiæ factis sumerent medietatem, *cap. antiquos, 30. q.1.* Procedente tempore ex parochialibus tantùm tertiam oblationum, decimarum, tributorum, & frugum habuerunt, *c. de his, cap. decernimus, eadem dist.10. quæst.1. & c. constitutum, 16. quæst.1.* cum onere fabricæ Ecclesiarum, *cap.1. & cap. unio, 10. quæst.3.* & de nostro Lusitaniæ regno agendo idem colligitur ex *c. priscis, eadem causa, & quæst.* † Jure tamen recentiori quartam tantùm deberi Episcopis ex omnibus decimis Ecclesiarum Parochialium sui Episcopatus, sine ullo onere fabricæ; probant text. *in d. c. conquerente, de officio Ordin. & in c. de quarta, de præscript.* Zerol. *in praxi Episcop. p.1. verb. decima, §.10. pag.125.* Suar. *de Relig. tom.1. lib.1. de divino cultu, c.28. num.9.* Franc. Leo *d. c.14. n.33.* ratione conjunctionis, & universalis curæ, quam habet Episcopus in Ecclesiis subjectis; post Innoc. *in c. requisisti, de testam.* notant Tyndar. *tract. de decimis, n.71.* Moneta *eodem tract. c.7. quæst.2. num.14. in fine,* ita ut in prædicta quarta decimarum, de Jure communi fundatus sit, Tyndar. *d. n.71.* Rebuff. *de decimis, q.3. num.14. & q.7. n.11.* Moneta *loco proximè citato,* Rota *decis.31. num.5. part.1. divers. & decis.402. num.1. part.2. & in Caurienſi, seu nullius jurisdictionis,* 1576. coram *Lauretano; & in Toletana prætensarum redecimarum,* 19. *Novembris* 1585. coram *D. Aldobrandino,* postea S.D. Clemente VIII. impressæ per Marchesan. *de commission. part.1. pag.682.* Rota *etiam in Pacensi decimarum,* 12. *Februarii* 1608. coram *Illustrissimo Cardinal. Sacrato, & in Novarien. decim.* 15. *Aprilis* 1611. coram *Illustrissimo Cardinali Ludovisio,* nunc S.D.N. Gregorio XV. inter ejus impressas *decis.* 519. *num.1. & 2.* Unde Rota eadem apud Seraphin. *decis.1449. num.4.* reprobavit opinionem illorum, qui

33

34

tenuerunt

tenuerunt istam quartam non de Jure communi, sed consuetudine ad Episcopum pertinere. Hinc Episcopus dicitur habere coæquale jus cum parocho ratione dictæ quartæ, Rota *in Conchensi decim. del Infantado*, 18. *Decembris* 1617. coram *Reverendissimo Patre Domino Andrea.* Bene verum est, quod non potest exigere immediatè istam quartam à laicis; sed illam exigere debet à parocho, *cap. conquerente, de offic. Ordin.* Seraphin. *d.decis.*1449. *num.*5. *&* 6. Gregor.XV. *decis.*529.*num.*2.*&* 3.Lotter.*de re benef.lib.*1. *q.*20.*num.*81.*cum sequentibus*,Greg.XV.*decis.*529. *n.*2. Cavaler. *decis.*487. *num.*1. Duran. *decis.*310. *num.*2. *part.*2. ubi tenet Episcopum habere Juris assistentiam & intentionem fundatam in perceptione quartæ decimalis, cùm non agitur contra laïcos, sed contra Rectores.

Et hanc opinionem, quod Episcopus fundat intentionem suam super quarta decimarum de Jure debita, firmavit Rot. *decis.*31.*num.*6.*part.*2.*divers.* & novissimè *in Novariensi decimarum*,7.*Maii* 1627. coram *R.P.D. meo Pirovano.*

Nec obstat quod supradicta opinio bene procedit contra Rectorem, à quo Episcopus exigere debet suam Canonicam portionem, non autem contra parochianos incolas, qui tenentur respondere de decimis suo Rectori, & non Episcopo, *cap. cùm contingat, de decimis*, ibi, *quod cùm perceptio decimarum ad parochiales Ecclesias de jure communi pertineat, & c. cùm in tua, eod. tit.* ibi, *alioquin Parochialibus exsolvantur, ad quas de jure communi spectat perceptio decimarum*, Castr. *cons.*38. *per totum*, *p.*1. Seraphin. *decis.*519.*n.*2.*& decis.*1449.*num.*5.

Quia Host. sentiens hanc contrarietatem, illam conciliat *in d. cap. cùm contingat, num.*1. *vers. unde*, nam verum est quod *c. quoniam, & cap. dudum, de decim.* dicunt Episcopum fundare suam intentionem in portione Canonica: *at c. cùm contingat, & cap. cum in tua*, dicunt de Jure communi decimas spectare ad Ecclesias Parochiales: sed, inquit ille, Episcopus fundat quoad Canonicam, Parochialis verò Ecclesia quoad alia; & ita una dispositio aliam non destruit, sed bene inter se conveniunt, & Joan. Andr. *in d.cap. cùm contingat, num.*4. sequitur hanc distinctionem; propterea aut Rector non est in causa, aut neglexit exigere decimas, & Episcopus pro sua portione Canonica potest agere jure proprio, aut si vult agere pro omnibus decimis, etiam potest, sed nomine Ecclesiæ Parochialis, cui tenetur illas conservare, *cap. fin. de success. ab intest.* Host. *in d. cap.cùm contingat, num.*2. & Joan. Andr. *in d. c. quoniam, num.*3. asserentes Ordinarios habere etiam fundatam intentionem quoad petitionem nomine suarum Ecclesiarum Parochialium: quod etiam admisit Rota *in Carien. decimarum*, 13. *Martii* 1587. coram *Orano*, & per hanc distinctionem conveniunt deciliones coram *bon. mem. Cardinali Pamphilio*; *& bon. mem. Justo, in Cochen. decimarum del Infantado*, quæ referuntur *in decis.* 442. 485. *&* 520. *part.* 1. *recentior.* & postmodùm coram *bonæ mem. Andrea*, 18. *Decembris* 1617. in quibus fuit firmatum, Episcopum habere in prædiis decimatoriis Jus reale, & coæquale cum Rectoribus, & esse inter se quasi portionarios, & prout tales nuncupantur per Host. *in dict. cap. quoniam*, & Joan. Andr. *num.*1. *de decim.* quæ realitas, & coæqualitas tolli non potest per negligentiam, aut malitiam Rectorum non comparentium: cùm sit fundata in proprio Jure immediato, non autem mediato ex persona Rectorum: similiter si idem Rector est in causa, & Episcopus simul agentes contra laicos Parochianos, minor esset difficultas, quia uterque agit ex jure suo, & admittitur ista simultanea actio *in Cervienſi decimarum*, 22. *Aprilis* 1602. coram *Peña.* Ac demùm quando Rector nec est in causa, aut negligit, sed esse, aut agere, aut negligere non potest, quia decimæ ad illum non pertinent, tunc Jura non prohibent quin Episcopus fundet intentionem suam contra laicos, & alios quoscunque pro decimis prædialibus, *c. fin. de success. ab intestato, cap. quoniam, & cap. dudum, de decim.* & idem admittit Rot. *in Possanien.decimarum*,18. *Martii* 1591. coram *Gypsio*: ex quibus patet consequentiam, quam faciunt Castr. *in d. cons.*59. & Gregor. *decis.*519. non esse tutam, quod decimæ debent percipi à Rectoribus, & ab ipsis Episcopi exigunt quartam, & sic mediatè, non autem immediatè à laicis, quia etsi *c. cùm contingat, & c. cùm in tua*, expressè dicant perceptionem decimarum de Jure communi pertinere ad Ecclesias Parochiales, non tamen excludunt Episcopos, quin & ipsi fundent intentionem quoad eorum Canonicam portionem, juxta *c.quoniam, & c. dudum, eodem tit.* attenta compatibilitate, quam ponit Host. ut dicebam *in d. cap. cùm contingat, vers. non obstat.* Colliguntur hæc ex decisione *in d. Novarien. decimarum*, coram *Reverendissimo Patre Domino meo Pirovano.* Ex quibus

Primò infertur, hodie Jure communi deberi Episcopis quartam decimationum ab Ecclesiis Curatis, non autem ab ipsis Parochianis: nam parochiani tenentur Ecclesiis; Ecclesiæ verò Episcopis decimas solvere, secundùm gloss. *verb. decimationum, in dicto cap. conquerente.* † Quando prædium non est in alicujus parochia situm, illius decimæ pertinent ad Episcopum, *cap. quoniam*, ubi Abb. *num.*2. *&* 4.*cap.dudum*, gloss. *verb. jure communi, in cap.cùm contingat,de decimis.* Rebuff. *quæst.*7.*num.*8.Tyndar.*d.tract.n.*69.Azor. *instit.moral.part... lib.*7.*cap.*36.*quæst.*9.& censuit Rota *in una Pacensi decimarum del Hebrero*, 9. *Junii* 1603. *&* 21. *Junii* 1604. coram *Reuerendissimo Domino Coccino Rotæ Decano*, inter ejus impressas *decis.*485. *n.*1. *& in una Placentina decimarum personalium de Trugillo*, 18. *Martii* 1616. coram *Reverendissimo Patre Domino Buratto, & in Conchensi decimarum del Infantado*, 18. *Decembris* 1617. coram *R.P.D. Andrea.* † Idem dicendum est, ubi Parochiæ non sunt distinctæ. Tyndar. & Azor. *proximè citati*, Rota *in Civitatensi decimarum*, 26. *Martii*,*&* 28. *Junii* 1618. coram *R.P.D.Verospio.*Lotter. *d.lib.*1.*q.*20.*n.*103.

Infertur *secundò*, nulla monasteria, vel Ecclesias inferiores, exceptis Parochialibus, debere istam quartam, attento Jure communi, cùm eodem jure ad nullas alias Ecclesias pertineant decimæ, ex quibus ista quarta detrahitur. Unde sequitur illam esse legis diœcesanæ, Cochier *de jurisdict. Ordin. in exemptos,part.*1. *q.*15. *num.*6. à qua exempta sunt monasteria, Abb. *in cap.*1. *de statu monachor.* Bertachin. *tract. de Episcopo, lib.*4.*part.*2. *quæst.*55. *num.*80. quos refert,& sequitur Cochier. *d.part.*1.*q.*16.

Infertur *tertiò*, consuetudinem posse variare circa solutionem hujus quartæ decimationum; potest enim in totum tollere illam, cùm præscribi cursu temporis quadraginta annorum valeat contra Episcopum, *d.c.de quarta*, Lotter. *d.lib.*1.*q.*20. *n.*106. Unde hodie tertia decimationum ab aliquibus Ecclesiis debetur Episcopis, ab aliis verò nec tertia, nec quarta. Et in aliquot Episcopatibus hæc tertia,vel quarta decimationum debetur Capitulis Ecclesiarum Cathedralium, propter separationem factam inter Episcopos, & Capitula ex conventione illorum; ex quo tamen non sequitur, istam quartam, vel tertiam non esse jus Episcopale sua natura. Hinc Canonica portio, de qua supra egimus, Episcopo,vel Ecclesiæ parochiali debita pro parte, vel in totum, consuetudine, seu præscriptione potest tolli, & ad id sine titulo sufficit tempus, de cujus initio non sit memoria, quia illud habet vim tituli: cum titulo verò sufficit tempus quadraginta annorum. Ita post Panorm. & Sylvest. resolvit Fr. Ludovic. Miranda *d.q.*48.*art.*5.*conclus.*2.

De Cathedratico, seu Synodatico Episcopo debito. § III.

40 CAthedraticum, quod ob honorem Cathedræ Episcopalis sic vocatur, *d. cap. conquerente, de offic. Ordin. cap. pastoralis, de donat.* Flamin. *de confident. q.15.num.5.* Bellet. *disquisit. cleric. p.1.tit.de clerico debitore,§.15.num.7. vers.appellatur,*& quandoque nuncupatur synodaticum, quia in Synodo solvi consuevit, *cap.olim, de censib.* Host. *in d. cap.conquerente, num.*12.Bellet.*loco citato,*gloss.*verb.duos solidos,in cap. conquerente, de offic. Ordin.* Lotter. *dict.lib.1.quæst.21. num.*24. Gratian. *discept. forens. tom.4.cap.620.num.1.* ultra procurationem Episcopis debetur, gloss. *in sum. & cap.1. & cap.inter cætera,* 10. *quæst.*3. Francisc. Leo *dict. cap.14. num.5.* Zerol. *in praxi Episcopali, part.1. verb. jus Cathedraticum,* ubi *in* §.1. asserit, quod † debetur per Presbyteros suis Episcopis, & quod so-
41 let dari pro festo Nativitatis, & Resurrectionis Do-
mini, & *in* §.4. † resolvit quod non potest præscribi,
42 licèt per contrariam consuetudinem possit aliter introduci, de quo etiam Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut.*182. Bellet. *dict.tit.de clerico debitore,* §.12.*n.*13.
43 † Taxam autem hujusmodi cathedratici usque ad duos solidos ponit gloss. *in d. c. conquerente, de offic. Ordin. verb. duos solidos,*Pavin. *tract. de visit.p.1.q.5. num.*13. Rota *decis.*465. *num.*1.*p.*2. *recentiß.in posthum.*ubi *n.*7. quod de consuetudine potuit augeri, Lotter. *d. q.*21. *n.*53. Gratian.*d.c.*620.*n.*3.qui solvendi sunt secundum taxam, quæ antiquitus solvi consuevit, Bald. *cons.*23. *vol.*1. quem refert Aloysius Ricc. *d. resol.*182. *num.*1. Henric.Bottæ. *de Synodo Episcop.p.*3.*n.*81.*&* 90.Pavin. *de visitat.p.*1.*q.*9. *num.*13. Gratian. *d.c.*620.*n.*4. Surd.
44 *cons.*454. *n.*12. Sed † quia solidorum valor conformis non est, immò varius, attenta diversa Provinciarum taxatione, ut per Covarr. *lib.*1.*variar.c.*11.*n.*3. *de veter.numism.c.1.p.*6.*n.*5. Greg. *l.*9. *verb.de Oro,tit.*4. *p.*5. Gutier.*de jurament.confirmat.p.*1.*c.*7.*n.*4.Surd.*cons.*454. *num.*11.Molina *de justit.tract.*1.*disp.*278.*vers.dubium tamen est,* Christoph.de Paz *in scholiis ad leges styli,l.*84. *à num.*1.Stephan.Grat. *disceptat.forens.c.*51.*n.*14. ideo attendenda est diversarum Cathedralium consuetudo bona, & rationabilis in ejus taxatione.Zerola *in praxi Episcopali d.vers.jus Cathedraticum,*§.5.Aloys. Ricc. *à resol.*182.*n.*1.*in fine,* Piasec.*in praxi nova Episcop. p.*2. *c.*2.*num.*20. ubi resolvit etiam,quod cum Cathedraticum detur in signum subjectionis, & in honorem Cathedræ, nullo tempore præscribi potest quominus debeatur, nisi concurrat tempus immemorabile, Bottæ. *d.p.*2.*à n.*91. *cum seqq.* Bald. *de præscript.p.*1.*p.*5.*princ. q.*16.*num.*3.*& p.*6.*in princip.num.*2.Gratian. *d.c.*620. *à num.*5. Amplius neque Episcopus posset eximere Ecclesias sibi subjectas à solutione Cathedratici. Abb. *in c. cùm venerabilis* 21. *n.*3. *& ibi* Anan. *n.*4.*in princ.de censib.* non enim venit in generali dispositione, *c. pastoralis, de donation.* Bottæ. *p.*3.*n.*83.Gratian. *d.c.*620. *n.*10. *&* 11. Unde licèt pleno jure liberaretur Ecclesia, adhuc non censeretur remissum Cathedraticum, nisi expressè ponatur, gloss. *in dict. cap. Pastoralis, de donat.* nemo enim censetur esse sine subjectione, alioquin censeretur acephalus, *cap. nulla ratione, distinct.* 83. Regulares tamen ab illius præstatione sunt exempti, *cap.inter cætera,* 10. *q.*3. Lotter. *d.lib.*1. *q.*21. *ex num.*73.

ALLEGATIO LXXXVII.

Episcopus charitativum subsidium quando & à quibus exigere possit?

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur qui de charitativo subsidio tractarunt.*

2 *Charitativum subsidium dicitur charitatis auxilium, quia à principio ex charitate peti debet, non per vim extorqueri.*

3 *Charitativum subsidium petitur quando reditus propriæ Ecclesiæ non sufficiunt.*

4 *Divites possunt compelli officio judicis ad dandam eleemosynam egenibus tempore magnæ famis, & necessitatis.*

5 *Episcopus subsistente manifesta, & rationabili causa, potest subditos clericos compellere ad charitativum subsidium solvendum.*

6 *Judex in causa propria potest esse Episcopus, subsistente manifesta, & rationabili causa; quæ spectet ad dignitatem & honorem Ecclesiæ.*

7 *Episcopi, Archiepiscopi, Primates, seu Patriarchæ in civitatibus, & diœcesibus suis possunt data manifesta & rationabili causa subditos ad subsidium charitativum cogere.*

8 *Charitativum subsidium exigere potest Episcopus electus & confirmatus; licèt nondum consecratus.*

9 *Archiepiscopus, Primas, & Patriarchæ ab Ecclesiis, & clericis suæ provinciæ extra diœcesim suam jure subsidium charitativum exigere non possunt.*

10 *Administrator, seu coadjutor datus Episcopo per Papam, vel Ecclesiæ Cathedrali vacanti, potest à subditis illius Ecclesiæ exigere charitativum subsidium.*

11 *Charitativum subsidium debet Episcopus exigere cum consilio Capituli sui, & clericorum.*

12 *Vicarius generalis Episcopi non potest charitativum subsidium exigere, nisi de speciali ipsius Episcopi mandato.*

13 *Capitulum Sede Episcopali vacante potest charitativum subsidium exigere.*

14 *Capitulum Sede vacante non potest statutum condere, quo charitativum subsidium in futurum ex parte minuatur.*

15 *Cardinales in Ecclesiis suorum titulorum charitativum subsidium petere possunt.*

16 *Legatus Papæ habet jus exigendi charitativum subsidium ab Ecclesiis provinciæ delegatæ.*

17 *Prælati Episcopo inferiores non possunt de jure subsidium charitativum exigere, sed privilegio, vel consuetudine.*

18 *Abbates vel Priores non possunt exigere charitativum subsidium ab Ecclesiis sæcularibus, vel Regularibus monasteriis sibi non pleno jure subjectis.*

19 *Præpositus, sive Præfectus totius Ordinis Regularis potest charitativum subsidium petere à monasteriis Ordinis sui pro sumptibus necessariis ad gubernationem ordinis, si aliunde non habeat bona.*

20 *Commendatarius perpetuus Ecclesiæ Cathedralis habet legitimam administrationem, & potest exercere jurisdictionem, quæ competeret Episcopo titulari.*

21 Com

21 *Commendatarius perpetuus Ecclesiæ Cathedralis potest exigere charitativum subsidium ab Ecclesiis sibi subjectis.*

22 *Papa charitativum subsidium potest exigere ab omnibus clericis & Ecclesiis.*

23 *Papa liberam habet administrationem omnium beneficiorum, & est dominus, & ordinarius cunctorum, & Episcopus universalis Ecclesiæ.*

24 *Exemptio generalis non censetur eximere à charitativo subsidio per Papam imposito.*

25 *Charitativum subsidium non potest præscribi.*

26 *Prælatus, qui potest charitativum subsidium exigere, debet prius congregato Clero cum charitate, & humilitate ei exprimere causam suæ indigentiæ.*

27 *Causa ad charitativum subsidium exigendum debet esse manifesta, & rationabilis.*

28 *Causæ manifesta, & rationabilis, quæ dicatur in exigente charitativum subsidium, ostenditur.*

29 *Charitativum subsidium potest exigere pro sua consecratione, vel pro solutione debitorum in Ecclesiæ utilitatem contractorum.*

30 *Charitativum subsidium potest exigere Episcopus si magnas fecerit expensas in negotiis totius diœcesis communibus pertractandis.*

31 *Charitativum subsidium potest Episcopus exigere pro fabrica suæ Ecclesiæ, vel alia re continente illius publicam utilitatem, vel conservationem.*

32 *Charitativum subsidium exigere potest Episcopus, si iter facturus sit ad Papam, vel Imperatorem, vel Regem ob Ecclesiæ suæ utilitatem.*

33 *Charitativum subsidium potest exigere Episcopus, si visitaturus sit limina Apostolorum.*

34 *Charitativum subsidium potest exigere Episcopus, si velit ire ad Concilium Provinciale.*

35 *Charitativum subsidium potest exigere Episcopus, si impensas necessarias, & alicujus momenti fecerit in adventu Imperatoris, Regis, vel Principis.*

36 *Episcopus quoties rationabilis causa subsit, non solum semel, sed etiam pluribus vicibus potest charitativum subsidium exigere.*

37 *Charitativi subsidii summa quæ sit exigenda, ostenditur.*

38 *Charitativum subsidium clerici ex urgenti causa possunt compelli solvere ultra taxam solitam.*

39 *Charitativum subsidium ratione beneficiorum potest Episcopus exigere à Clero, & Ecclesiis suæ civitatis, & diœcesis.*

40 *Laici charitativum subsidium solvere non compelluntur.*

41 Cap. cùm Apostolus, §. prohibemus, de censibus, *declaratur.*

42 *Feudi ipsius quarta pars annui reditus pro subsidio charitativo est solvenda.*

43 *Capitulum, seu Canonici Ecclesiæ Cathedralis tenentur Episcopo suo præstare charitativum subsidium.*

44 *Charitativum subsidium non debetur ex distributionibus quotidianis, inspecto jure communi, nisi contrarium fuisset statutum.*

45 *Monasteria non tenentur præstare Episcopo charitativum subsidium.*

46 Clem. 1. & 2. de censibus, *declaratur.*

47 *Exemptæ Ecclesiæ non tenentur præstare Episcopo charitativum subsidium, quod ut intelligatur ibi ostenditur.*

48 *Clerici nullum Ecclesiasticum beneficium habentes non possunt cogi Episcopo præstare charitativum subsidium.*

Subsidium an solvi debeat de bonis relictis pro capellaniis non collativis, remissivè, ibid.

49 *Clerici pauperes, qui ex redditibus suorum beneficiorum nihil habent ultra honestum victum, minimè cogi possunt ad charitativum subsidium præstandum.*

50 *Beneficium habens, sed nullos fructus aliquo fortuito casu percipiens, ad subsidium charitativum non tenetur.*

51 *Rector Ecclesiam habens in una diœcesi, prædia verò in alia, tenetur solvere charitativum subsidium Episcopo in cujus diœcesi sita est Ecclesia.*

52 *Pensionarius an teneatur ad subsidium charitativum, ostenditur.*

53 *Charitativum subsidium cui Episcopo sit solvendum quando Ecclesia est in confinio duarum diœcesum, ostenditur.*

54 *Successor in beneficio solvere subsidium cogitur, quod antecessor beneficiariis non solvit.*

55 *Hospitalia quando teneantur ad charitativum subsidium, ostenditur.*

56 *Subsidii Hispanici prima concessio de trecentis millibus ducatis auri.*

57 *Subsidii Hispanici secunda concessio.*

58 *Milites S. Jacobi de Spata (excepta tamen magistrali mensa) & quatuor Mendicantium Ordinum Fratres immobilia possidentes ad subsidiorum hactenus non solutorum solutionem tenentur.*

59 *Subsidii Hispanici concordia inter universum Clerum Regnorum Castellæ, & Legionis, & Regem Catholicum inita.*

60 *Excusatum subsidium in Regnis Hispaniarum quando inceperit, & quomodo solvebatur, & ad quod tempus,* & num. 61.

62 *Excusati ad concessionem tenentur S. Hieronymi & Cisterciensis Ordinum Religiosi.*

63 *Pensionum ratione à S. R. E. Cardinalibus obtentarum an excusatum solvi debeat.*

64 *Cruciatæ, subsidii, & primæ decimæ excusati officia vendi non possunt.*

65 *Milliones quando inceperint.*

66 *Milliones in quibus speciebus imponendi, & ad quod tempus solvi debeant,* numero 67. 68. 69. & 70.

71 *Tertiæ decimarum Regibus Catholicis concessarum quando eis solvi inceperint, & quando hodie persolvantur,* & numeris seq.

77 *Decimæ prædiales, gabellæ & subsidium solvenda sunt non deductis expensis.*

78 *Subsidium charitativum non Ecclesiasticis personis, sed redditibus imponitur.*

79 *Collecta quæ dicatur, ostenditur, & in quo differat à tributo.*

80 *Subsidium quando augeri, vel diminui possit.*

81 *Fructus dicuntur deductis expensis.*

82 *Censualia onera quomodo detrahenda.*

DE charitativo subsidio peculiares edidere tractatus Barthol. Bellencinus, Remig. de Gonnis, & Francisc. Pavilius, & aliqua tractarunt Duen. *reg.* 89. Menoch. *de arbitr. casu* 178. & 179. Navar. *cons.* 10. *in antiq. aliàs* 5. *in novis, sub tit. de censibus,* Sayr. *in floribus decis. sub eod. tit. decis.* 11. Quaranta *in summ. Bullarii, verb. Concilium provinciale, num.* 8. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *c.* 14. Cened. *ad Decretal. collect.* 115. *à num.* 6. Piasec. *in praxi nova Episcop. p.* 2. *c.* 2. *num.* 11. Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de clerico debitore,* §. 12. novissimè Alphons. de Leone *de officio Capellani quæst.* 5. *sect.* 17. *n.* 258. *cum seqq.* 1

Charitativum subsidium secundùm Host. & alios *in cap. conquerente, de officio Ordin.* dicitur charitatis auxilium, quia à principio ex charitate peti debet, non per vim extorqueri, ut colligitur ex *cap. ex parte, de censib.* 2

&

& appellatur ſubſidium, quia ſicut ſubſidiaria actio datur quando deficit propria, & ſpecialis actio, ut *in §.fin. Inſtit.ad leg.Aquil. & in §. fin.* ubi gloſſ.*Inſtit. de*
3 *interdict.* ita † hoc ſubſidium petitur quando reditus propriæ Eccleſiæ non ſufficiunt pro oneribus incumbentibus, Bellencin *dict. tract. de charit. ſubſid. q.*14. Azor.*d.cap.*24.*queſ.*2. Guid.Papæ *deciſ.*371. quem refert Aloyſ. Ricc.*in collect.deciſ.part.*1.*collect.*52.Bellet. *d.*§.12. *num.*6. Præſcribi autem nunquam poteſt; eſſet enim præſcribere contra charitatem, Bellencin. *q.*45. Piaſec. *d.n.*11.Bellet.*d.*§.12.*à n.*9.

4 Quamvis hujuſmodi ſubſidium charitativum dicatur charitatis auxilium, tamen cùm officio Judicis poſſint divites cõpelli ad dandam eleemoſynam egentibus tempore magnæ famis, & neceſſitatis, Azor. *inſtit.moral.part.*2.*lib.*12. *c.*13. *queſ.*3. Henriq. *in ſum. lib.*13. *cap.*17.§.5. *in fine*, Surd. *de aliment. tit.*3. *q.*3.
5 *n.*27. Sic † Epiſcopus ſubſiſtente manifeſta, & rationabili cauſa poterit ſubditos clericos compellere ad hujuſmodi ſubſidium ſolvendum. Ita Hoſt.Joan.Andr. Butr. & Abb. *in cap. cùm Apoſtolus, de cenſib.* & plures alii, quos refert, & ſequitur Rendina *in promptuario recept.ſent. tit.*38. *num.*12. me citato *in hoc loco* noviſſimè Xammar *de officio Judicis, part.*1. *q.*24. *n.*81. immò Lap. *alleg.*20. quæ incip. *Si vacante*, dicit poſſe Epiſcopum propter hoc clericos excommunicare,quod probat ex *Clem. frequens, de exceſſ. Præl.* & demùm per cenſuras poſſe ipſum Epiſcopum compellere ſibi ſubditos ad charitativum ſubſidium ſolvendum, reſolvunt Alexand. de Nevo *conſ.*58. *n.*5. Boër. *deciſ.*136. *num.*1. *&* 2. Hoſt. *in cap. cùm Apoſtolus,de cenſib. n.*7. *&* 8. ubi Abb. *num.*5. Innoc. Anch. & alii, Bellet. *d.*§.12.*num.*25. Et Auditores Rotæ *in novis deciſ.*425. aliàs 23. quæ incip. *Item extra Rotam petebatur conſilium*, dicunt poſſe Epiſcopum in ſua diœceſi edictum proponere, ut ubicumque clericus beneficium habens non ſolverit ei charitativum ſubſidium infra certum tempus, ſit excommunicatus.

6 Nec obſtat quod Epiſcopus videatur eſſe judex in cauſa propria, contra *l.*1. *C.ne quis in ſua cauſa*, quia
7 reſpondetur, id non procedere ratione notorii & manifeſti, Alex. Trentacinq. *loco infra citando*, *num.*6. D. Barboſ. *in l.ſi de vi, n.*143. *ff. de judic.* tum etiam, quia ſubſiſtente manifeſta,& rationabili cauſa,quæ ſpectet ad dignitatem,& honorem Eccleſiæ,poteſt Epiſcopus eſſe judex in cauſa propria, *cap.Romana,de pœnis,* cum traditis per Zerol. *in praxi Epiſcop. p.*1. *verb. Epiſcop.* Alexander Trentacinq. *variar.reſol.lib.*2. *tit. de judic.reſol.*5.*n.*7. Marta *in votis noviſſ. deciſ.voto* 57. *num.*23. Surd. *conſ.*50.Aloyſ.Ricc. *in deciſ.Curiæ Archiepiſcop. Neapol.p.*1. *deciſ.*244. Eſt etiam Epiſcopus ſic Judex competens in cauſa ſuæ Eccleſiæ, Puteus *deciſ.*110.*n.*3. *part.*2. Navar.*conſ.*21.*n.*17.*de ſent. excom.* Marant.*de ordine judic. p.*4.*verb.ſeculare,vel Eccleſiaſt. n.*26.Caſſad.*deciſ.*6.*n.*1.*de privileg.* Cæſ. de Graſſis *deciſ.*4.*n.*1. *cum ſeqq.de except.* Sbroz.*de offic.vicar.lib.*3. *q.*60. Marc.Anton. *var.reſol. lib.*1.*reſol.*48.*ſub num.*8. quos refert Sperell. *in deciſion. fori Eccleſ. deciſ.*93. *à n.*1. ubi *n.*18. *in princ.* ſubdit Epiſcopum in cauſis Eccleſiæ ſuæ poſſe Judicem agere, ſed aliqua ratione allegari ſuſpectum.

Et nota pro hujuſmodi ſubſidio charitativo poſſe relaxari executionem, non obſtante appellatione, Caput. *deciſ.*228.*p.*1. quem refert Bellet.*d.*§.12.*n.*34.

Hujus alleg. materia in tres dividitur articulos, *primò* examinabitur, qui poſſunt hujuſmodi ſubſidium exigere, *ſecundò* quibus ex cauſis, *tertiò* à quibus perſonis.

Charitativum ſubſidium qui poſſint exigere.

7 EPiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, ſeu Primates, in civitatibus,& diœceſibus ſuis poſſunt,data manifeſta,& rationabili cauſa,licitè ſubditos cogere (cum charitate tamen, & debito moderamine) ad charitativum ſubſidium ſolvendum, quo ſuis conſulant neceſſitatibus: ita probant text. *in cap.conquerente, in fine,de officio Ordinarii, & in cap.cùm Apoſtolus*, §. *prohibemus, de cenſibus*, poſt alios Oldrad. *conſ.*204. *&* 234. Lap.*alleg.*20. Duen. *reg.*89.Palat.*in repet. c.per veſtras, notab.* 2.§.27.*à n.*10.Chaſſan.*in conſuet.Burgund. rub.*1. §.4. *gloſſ.à num.* 13.Menoch.*de arbitr. caſu* 178.*num.*1. Cened.*ad Decretal.collect.*115.*num.*6. Navarr. *conſil.*7. *ſub tit.de cenſibus, in antiq.* Sayr. *in floribus deciſionum, ſub eodem tit.dec.*7.Piaſec.*in praxi nova Epiſcop.part.*2. *c.*2. *num.*11. Bellencin. *d. tract. de charitativo ſubſidio, queſt.*1.*n.*1.Azor.*d.cap.*15.*queſt.*5. Franciſc.de Alpharo *de officio fiſcalis gloſſ.*9.*num.*16. † Quod quidem ſubſi- 8
dium exigere poteſt Epiſcopus electus, & confirmatus, nondum conſecratus, Bellencin. *q.*9. Azor. *d.queſt.*5. *in fine*, ex eo quia hoc eſt juriſdictionis, non Ordinis, *d. c. conquerente, in fine.* Et hoc intelligendum eſt ſemper, quando ille ex ſuo proprio, vel per ſe non poteſt ſatisfacere, niſi petat tale ſubſidium charitativum, Hoſt. *in c. cùm Apoſtolus*, §. *prohibemus*, *num.*7. ubi Abb. *num.*5. *ante fin.de cenſib.* Alex.de Nevo *conſil.*57. *num.*1.*& conſil.*58.*n.*1.*&* 4.Menoch.*de arbitr.caſu* 520. *n.*10.Bellet.*d.*§.12.*n.*6.

Archiepiſcopus, Primas, & Patriarcha ab Eccleſiis 9
& clericis ſuæ provinciæ extra diœceſim ſuam jure tale ſubſidium exigere non poſſunt, quamvis conſuetudine recepta alicubi id fortaſſis poſſint, Bellencin. *d.tract.q.*2. Azor. *d.cap.*14.*queſt.*5.*verſ.ſed dubia queſtionis eſt.* † Adminiſtrator verò, ſeu coadjutor datus 10
Epiſcopo per Papam, vel Eccleſiæ Cathedrali vacanti, poteſt à ſubditis illius Eccleſiæ exigere charitativum ſubſidium, per text. *in c. is cui,de elect. lib.*6.*& in cap. ult. in fine*, *de ſupplenda negligent. Prælator. eod. lib.* Bellencin.*queſt.*8.

Et quando Epiſcopus à Clero ſuo exigere vult cha- 11
ritativum ſubſidium, debet facere cum conſilio Capituli ſui, & etiam ipſorum Clericorum, per text. *in c. novit, & in c.quanto, de his quæ fiunt à Prælatis*, reſolvunt Innoc. Joan. Andr. & Ant. de Butr. *in d. c. cùm Apoſtolus*,Bellencin.*q.*10.Alex.de Nevo *conſil.*58. *n.*3. Bero.*conſ.*81.*n.*40.*vol.*1.Bellet.*d.*§.12. *n.*8.

Vicarius generalis Epiſcopi non poteſt tale ſubſi- 12
dium exigere, niſi ſpeciali ipſius Epiſcopi mandato; hoc enim nullo jure eſt illi conceſſum, proinde in generali mandato, quod accipit ab Epiſcopo, non continetur,Bellenc.*q.*21.Azor.*d.c.*14.*q.*5.*verſ.Vicarius.*

Capitulum Sede Epiſcopali vacante poteſt tale ſub- 13
ſidium exigere,Gloſ. *verſ.aliunde,in cap.punientes,* §.*ad hæc, de elect.lib.*6. ubi Joan. Monach. Archidiacon. & Dominic.Bellencin.*q.*7.Azor.*d.q.*5.*verſ.item collegium,* Bellet. *d.* §.12. *n.*38. Nequit tamen ſtatutum condere, quo tale ſubſidium in futurum ex parte minuatur, Bellenc.*q.*55.Azor.*d.c.*14.*q.*7.*verſ.item Canonicorum.*

Cardinales, cùm in Eccleſiis ſuorum Titulorum ju- 14
riſdictionem habeant de Jure communi, Epiſcopaliaque jura obtineant, *cap.querelam,de elect.* Alphonſ.Alvarez Guerrero *in ſpeculo Pontif. c.*28. *poſt princ. verſ. de Reverendiſſimis*, *pag.*72. Læl. Zech. *de Republ. Eccleſ.tit. de Cardin.num.*9. Marc.Anton.Cuch. *lib.*2. *inſtit. majorum,tit.*4. Anaſtaſ.Germon. *de indultis Cardinal.* & alii apud Homobon. de bonis *de humanæ vitæ ſtatibus, c.*5. paulò poſt *princ. p.*1. † tale ſubſidium pe- 15
tere poſſunt, Joan. Monach. *in c.*1. *de major. & obed. lib.*6.Bellencin.*q.*3.Azor.*d.queſt.*5.*verſ. quæres,*Remig. de Gonny *tr. de charitativo ſubſidio*, *q.*21. Marcel. Megal.*in p.*2.*lib.*2,*c.*15.*q.*3.*num.*13. Scip. de Rubeis *in aphoriſm. Epiſc. verb. charitativum ſubſidium*, *num.*9. noviſſimè Diana *moral.reſol.p.*5.*tract.*2.*de poteſt.& privil. S.R.E. Cardinal.reſol.*55.

Legatus Papæ, cui commiſſum eſt plenæ legatio- 16
nis officium in ſua Provincia, cùm omnia liberè, & immediatè

immediatè possit, quæ quilibet Ordinarius jure, sive consuetudine potest, ut probat Specul. *tit. de Legato, §. nunc ostendendum, vers. Legatus*: igitur habet jus exigendi hujusmodi subsidium in Ecclesiis Provinciæ sibi delegatæ, Bellencin. *q.*12. Azor. *d.q.*5. §. *quid dicendum.*

17 Prælati Episcopo inferiores jure quidem non possunt tale subsidium exigere, sed privilegio, vel consuetudine. Ita Bellencin. *q.*4. Azor. *dict.q.*5. *vers. quid dicendum*, Boër. *decis.*133. quem refert Aloys. Ricc. *d.collect.*52. Duen. *regul.*91. Cened. *d.collect.*11. *n.*7. *ad fin.* Bellet. *d.*§.12. *num.*38. & idem Bellencin. *q.*5. resolvit

18 quod † Abbates, vel Priores non possunt exigere charitativum subsidium ab Ecclesiis secularibus vel regularibus Monasteriis sibi non pleno jure subjectis, &

19 addit ex Calderin. *cons. de censibus*, † Præpositum, sive Præfectum totius Ordinis Regularis posse hujusmodi subsidium petere à Monasteriis Ordinis sui pro sumptibus necessariis ad gubernationem Ordinis, si aliundè ratione præfecturæ non habet bona, quæ ad hoc onus sustentandum destinata sufficiant.

20 Commendatarius perpetuus Ecclesiæ Cathedralis cum habeat legitimam administrationem, & possit exercere jurisdictionem, quæ competeret Episcopo titulato, ut tenent Archidiac. *in cap. nemo deinceps, de elect. lib.*6. Innocent. *in cap. si constiterit, de accusat.* Car-

21 dinal. *in Clement. ult. de procuratorib. q.*12. † potest exigere charitativum subsidium ab Ecclesiis sibi subjectis, Bellencin. *q.*6. Azor. *d.q.*5. *vers. Commendatarius.*

22 De Romano Pontifice dubitari non potest, quin hoc subsidium possit exigere ab omnibus clericis, & Ecclesiis, Bellencin. *q.*1. *num.*1. Azor. *d.q.*5. *in princip.* tum quia liberam habet administrationem omnium beneficiorum, *c.*2. *de præb. in* 6. *Clement.*1. *ut lite pen-*

23 *dente*: tum quia † est dominus, & Ordinarius cunctorum, Episcopus universalis Ecclesiæ, & Ordinarius Ordinariorum, *cap. cuncta per mundum*, 9. *q.*3. Flamin. *de resig. lib.*8. *q.*7. *n.*100. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancell.* §.2. *proœm. n.*44. Borrel. *in summa omnium decisionum, tom.*1.

24 *tit.*4. *n.*10. Hinc † generalis exemptio non censetur eximere à subsidio per Papam imposito, Joan. Andr. *in cap. cùm instantia, de censibus*, Cochier. *de jurisdictione Ordinarii in exemptos, part.*4. *q.*7. nisi qui speciali privilegio ab hujusmodi onere nominatim eximeretur. Bellencin. *d. tract. q.*58. *num.*3. ubi advertit, quod non est præsumendum, quippe quod illud concedi non consuevit, per text. *in d. cap. cum instantia, ibi, nisi fortè per speciale privilegium Sedis Apostol. quod non credimus, sit exempta*, & per text. *in cap. accedentes, de præ-*

25 *script.* ibi, † *nisi per speciale privilegium.* Episcopus tamen cum Clero in sui præjudicium potest aliquem eximere à subsidio charitativo, Bellencin. *d. tract. q.*70. Cochier. *d.p.*2. *q.*8. Azor. *d. c.*14. *q.*7. ubi etiam quod subditi non possunt præscribere, ita ut subsidium præstare non debeant, quia tale subsidium quadam naturali æquitate, & lege charitatis debetur, contra quæ præscriptio non currit; de quo etiam Abb. *in d. c. cum Apostolus, n.*5. *in fine*, Alexand. de Nevo *d. cons.*58. *n.*9. Boër. *d. decis.*133. *n.*9. Bellencin. *q.*50. Bellet. *d.*§.12. *à n.*9.

Quibus ex causis charitativum subsidium exigi possit.

26 PRælatus, qui juxta supradicta potestatem habet hujusmodi subsidium exigendi, congregato Capitulo, & Clero cum charitate & humanitate debet illi exprimere causam suæ indigentiæ, eumque hortari, quod cùm cuilibet proximo in necessitate sit subveniendum, fortius sibi subvenire debent, Alex. de Nevo

27 *cons.*57. *num.*2. Bellet. §.12. *num.*8. † Causa autem ad tale subsidium exigendum debet esse manifesta, & rationabilis, ne subditi graventur plusquam par est, ut dicunt text. *in dicto cap. conquerente, & in dict. c. cum Apostolus*, §. *prohibemus.* † Quænam dicatur manifesta, & rationabilis causa quoad intentum, & hac in re, nihil certum Jure definitur, sed arbitrio judicis relinquendum arbitrantur gloss. *verb. rationabiles, in d.* §. *prohibemus*, recepta ut per Abb. *num.*4. *in fine*, Cardinal. *n.*2. Anton. *n. ult.* Hippol. *in l. quæstionis modum, num.*6. *de qq.* Grammat. *decis.*88. *num.*3. Boër. *decis.*133. *num.*1. *& decis.*134. *n.*6. Bellet. *disquisit. clerical. part.*1. *tit. de clerico debitore*, §.12. *num.*3. Bellencin. *q.*16. *n.*12. & alii, quos refert, & sequitur Menoch. *d. casu* 178. *num.*2. Et in dubio rationabilis causa præsumenda non est, quia text. *in d. c. cùm Apostolus, vers. sustinemus*, non solùm requirit causam rationabilem, sed quod sit manifestè talis, & casum dubium excludat; ut advertit Bellencin. *q.*8.

De rationabili causa *primò* potest exigere charitativum subsidium Episcopus, pro sua scilicet consecratione. Grammatic. *dec.*88. quem refert Aloys. Ricc. *d. collect.*52. Boër. *dec.*134. *num.*1. 2. *&* 7. Purpur. *cons.*129. *n.*2. *vol.*1. Bellet. *d.*§.12. *n.*4. *in fine*, Lauret. de Franchis *in controvers. inter Episcop. & Regul. q.*71. *propè fin. vers. Prima.* Item pro solutione debitorum, quæ contraxit Episcopus pro suæ Ecclesiæ jure tuendo, videlicet quando multa, & magna sunt debita, & aliunde ex bonis Ecclesiæ solvi commodè nequeunt, Hostiens. *in sum. tit. ut Ecclesiastica beneficia*, §.1. *& in tit. de censibus*, §. *ex quibus causis*, Butr. & Imol. *in d. cap. conquerente*, Azor. *d. cap.*14. *q.*4. *in princ.* Piasec. *in praxi nova Episcop. part.*2. *cap.*2. *num.*11. Boër. *dec.*134. *num.*2. Menoch. *casu* 178. *num.*5. Bellet. *d.*§.12. *n.*4. *vers. secunda.*

Secundò. Causa rationabilis exigendi hujusmodi subsidium est, si Episcopus magnas fecerit expensas in negotiis totius diœcesis communibus pertractandis, Innoc. *in cap.*1. *de statu monach.* Azor. *d. c.*14. *q.*4. *vers. secundò.* Vel si lites magnæ in bonis Ecclesiæ moveantur. Francisc. Marc. *quæst.*472. *num.*1. Bellet. *d.*§.12. *n.*4. *vers. sexta.*

Tertiò. Si Episcopus pro fabrica suæ Ecclesiæ, vel alia re continente illius publicam utilitatem, vel conservationem, fecerit magnam emptionem. Oldrad. *cons.*110. incip. *Circa propositam quæstionem*, Bellencin. *d. tract. q.*19. Azor. *d. q.*4. *vers. tertiò.* Menoch. *d. casu* 178. *n.*8. Bellet. *d.*§.12. *n.*4. *vers. quarta.*

Quartò, Si Episcopus iter facturus sit ad Papam, vel Imperatorem, vel Regem, ob suæ Ecclesiæ, vel diœcesis, vel etiam totius Ecclesiæ generalis commune bonum, Innoc. *in c.*1. *circa fin. de statu monach.* Host. Butr. & Imol. *in d. cap. conquerente*, Bellencin. *d. tract. q.*20. Azor. *d. q.*4. *vers. quartò*, Menoch. *d. casu* 178. *n.* 9. *&* 10. Franc. Marc. *q.*472. *n.*3. Bellet. *d.*§. *n.*4. *vers. tertia*, Lauret. de Franchis *d. q.*71. *vers. tertia.*

Quintò, Si Episcopus visitaturus sit limina Sancti Petri, ut jusjurandum impleat, juxta formam *cap. Ego N. in fine, de jurejur.* & *Constit.* Sixti V. Bellencin. *q.*20. *vers. vel quando*; Azor. *d. q.*4. *vers. quintò*, Zerola *in praxi nova Episcop. d. n.*11.

Sextò. Si Episcopus velit ire ad Concilium Provinciale, Bellencin. *d. tract. quæst.*21. Jacob. de Graffiis *lib.*1. *art.*5. *fol.*110. *colum.*1. Piasec. *d. n.*11. Bellet. *d.*§.12. *n.*4. *vers. tertia*, Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop. Neapol. cap.*71. *n.*8. Azor. *d. q.*1. *vers. sextò.* Quaranta *in summa Bullarii, verb. Concilium Provinciale, n.*8. ubi hoc intelligit, quando Episcopus esset pauper, qui non haberet ad faciendum expensas.

Septimò, Si Episcopus impensas necessarias, & alicujus momenti fecerit in adventu Imperatoris, Regis, vel Principis, præsertim si ab eo habeat regalia, dummodo clericos, & Ecclesias nimium in hoc gravare, vel ad hoc compellere non debeat, Bellencin. *q.*21. Azor. *d. q.*4. *vers. septimò*, Bellet. *d.*§.12. *n.*4. *vers. septima*, Lauret. de Franchis *d. q.*71. *vers. quinta.*

Octavò. Quando Ecclesias formaliter visitat. Abb. *d. cap. conquerente, num.*2. *vers. tertiodecimò*, Socin. *de visit.*

lib.1.q.13. princ. p.6. Boër. *dec.133.* quos refert, & sequitur Bellet. *d.§.12.n.4. vers.quarta.*

36 Existente qualibet ex prædictis causis potest Episcopus, non solùm semel, sed etiam pluribus vicibus, quoties scilicet rationabilis causa subsit, charitativum subsidium exigere, Abb. hic *in d.c.cùm Apostolus*, Bellenc. *d.tract.q.23.*Remig. *q.32.* Azor.*d.cap.14.quæst.8.*

37 Bellet. *d.* §.12. *n.5.* † Dummodo etiam à volentibus non exigat, nisi tantum quantum ascenderent procurationes singulæ, si Prælati per alium licitè visitarent, per Extravag.Benedicti XII. quæ incip. *Vias electionis, circa fin.* §. *præmissis quoque adjiciendo*, ut in superiore ejus parte declaratur,quæ sit quantitas illarum procurationum: Bellencin. *d. tract. quæst.41.* Quantum tamen esse debeat hoc subsidium, non est Jure definitum, Navar.*cons.10.in antiq.* aliàs 5. *in novis,sub tit.de censibus,*Sayr. *in floribus dec.sub eodem tit.dec.10.* Menoch. *casu 179. num. ult.* Piasec. *d.num.11. vers. neque,*ita ut non valeat consuetudo, quod Episcopi,vel alii Prælati à subditis suis possint exigere, & à volentibus recipere charitativum subsidium ultra taxam positam *in d.Extravag. Vas electionis*, Bellencin. *q.42. & q.44.*ostendit,quæ pœnæ imponantur exigentibus charitativum subsidium ultra taxam, & *q.46.* quod subditi possunt denegare charitativum subsidium Episco-

38 po in eo, in quo excedit taxam. Et † quod clerici ex urgenti causa possint compelli solvere charitativum subsidium ultra taxam solitam, dicit Marc. Anton.Genuens. *in practicab. Eccles. q.640.*

A quibus personis charitativum subsidium exigi possit.

39 EPiscopus jure potest tale subsidium ratione beneficiorum exigere à Clero, & Ecclesiis suæ Civitatis, & diœcesis, *c.conquerente, de officio Ordin.* Navar. *cons.10. in antiq.*aliàs 5.*in novis,sub tit.de censib.* Sayr. *in floribus dec.10.* Et licèt urgente necessitate charitativum subsidium à suis clericis petere possit, *c. cùm Apostolus,§.1.de censibus*; aliquid tamen nunquam sibi debitum, cessante illa, dummodo consuetudine immemoriali, & bona fide illud præscripserit, petere nequit. Nav.*cons.7.*aliàs 3. *in novis,sub tit.de censur.* Sayr. *sub*

40 *eodem tit. dec.7.* † A laicis verò non potest,ut colligitur ex *c.quia cognovimus,10. q.5.* Nec obstat quod dicitur *in c. cùm Apostolus*, §. *prohibemus, de censibus,* quatenus habet posse Episcopum hujusmodi subsidium

41 à subditis petere, quia respondetur † id intelligendum de Ecclesiasticis, ut loquitur *c. conquerente*: tum quia strictè, & propriè sumendo laici diœcesani non dicuntur subditi Episcopi,licèt quoad quædam foro suo subjiciantur, ut notat gloss. *verb.subditos,in Clem.1.de foro comp.* Ita Bellenc.*de charitativo subsidio,q.26.*Azor. *instit.moral.p.2.lib.9.c.14.q.6.in princ.*

42 Utrum verò ratione feudi,vel officii gratuiti teneantur laici aliquid contribuere, dubium est præsentis instituti, in quo quartam annui reditus ipsius feudi pro subsidio charitativo esse solvendam, resolvit Afflict. *dec.136.* quem refert Aloys. Ricc. *d. collect.52.* Trullench *in exposit. Decalogi,lib.4.c.1.dub.7.n.6.*

Cardinales non tenentur ad onus subsidii charitativi pro beneficiis, quæ possident. Roman. *cons.489. num.1.& 4.*Cephal.*cons.2.n.10.vol.1.*quos refert,& sequitur Bellet. *d.§.12.n.25.*

43 Capitulum, seu Canonici Ecclesiæ Cathedralis tenentur Episcopo suo præstare charitativum subsidium, quando ab eo petitur ex legitimis causis, de quibus dictum est supra, quia fortius ipsi debent ei subvenire, quàm cæteri, cùm dignius sit, quod membra subveniant capiti suo,quàm extranei, argum. *c. cùm non liceat, de præscript. & c.requisisti,de testam.* Bellencin. *d. tract.q.27.*Remig.de Gonny *de charit.subsid.q.38.* Moneta *de distrib.quotid.p.3.q.9.n.20.*

Ex distributionibus tamen quotidianis,inspecto Jure communi non debetur charitativum subsidium, nisi 44
contrarium fuisset sancitum,Mandos.*cons.15.n.4.* Lap. *alleg.136.n.7.*Bellencin.*q.76.* Gonzal.*ad reg.8.Cancell. §.7.proœm.n.75.*Moneta *de distrib.quotid.p.3.quæst.9.à n.19.* Mant.*cons.1.n.90.vers.non obstat 4. lib.1.* Bellet. *d.§.12.n.36.vers.ex distributionibus.*

Monasteria non tenentur præstare Episcopo charitativum subsidium. Ita Joan.Andr. Butr. Imol. *in c. dilectus, de officio Ordinar.* Innoc. *in cap.1. de statu monach.* Abb.*cons.26.n.4. & 5.part.2.* Host. *in sum. illius tit. & tit. de censib.* §.*ex quibus causis, vers.item Episcopus exigit.* Bellenc. *quæst.20.* Remig. de Gonny *eod. tract. quæst.21.* Fr.Emman. *quæst.Regul.tom.2. quæst.66. art.1.& 2.*Azor. *dict.quæst.6.vers.item non potest.* Quidquid dicant Alex. de Nevo *cons.58. num.8. & 9.* Boër. *dec.135.num.5.* & alii, quos refert, & sequitur Bellet. *d.§.12.num.18.* Ratio est, quia exactio charitativi subsidii est de lege diœcesana, & non jurisdictionis. Bellencin. *q.28.* Cochier. *de jurisdict. Ordinarii in exemptos, part.1.quæst.25. num.8.* à qua lege diœcesana monasteria sunt exempta,ut probant text.*in cap.ne pro cujuslibet,16.quæst.1.& in cap.1. de statu monach.*Non obstat † *Clement.1.& 2. de censib.* ubi dicitur, Religiosos 46
debere solvere jura Episcopalia, & subire onera,nisi se tueri possint speciali privilegio Papæ,& consuetudine: quia respondetur ibi sermonem esse de monasteriis habentibus Ecclesias seculares sibi subjectas, quæ Ecclesiæ antequam monasterio subjicerentur, solvere consueverant Episcopo tale subsidium charitativum, & alia jura Episcopalia, ac proinde censentur unita monasterio cum suo onere, cum quo transivit res, *cap. pastoralis, de decim. c.quia monasterium, de relig. domibus,*ita Azor.*ubi proximè*, & Cochier. *d.n.9.vers. limita primò*, ubi *vers. limita secundò*, dicit quod si monasterium habeat populum, ratione illius tenebitur ad omnia, quæ sunt legis diœcesanæ, & per consequens ad charitativum subsidium.

Exemptæ Ecclesiæ non tenentur præstare Episcopo charitativum subsidium. Ita Cardin. *in Clem.frequens,§ nonnulli, in 3.opposit.de excess. Prælat.*ubi Paul. & Petr. de Anchar. *in vers.8. not.* Bellenc. *q.32.* Azor. *d.q.6. vers. item non potest.* Cochier *de jurisd. Ordin. in exemptos,p.4.q.9. per totam*, dubiè Lauret. de Franch. *in controv. inter Episcopos, & Reg.q.71. pag.394.* Quod maximè procedit si exemptio sit data cum plena libertate, id enim importat exemptionem non modò à jurisdictione, sed etiam ab omnibus, quæ sunt de lege diœcesana, inter quæ charitativum subsidium numeratur, ut suprà dictum est *num.præcedenti.* Ita Bellencin. *d.q.32.n.8.*Cochier *d.q.9.n.1.*

Limitatur tamen *primò*, nisi exempti haberent populum non exemptum, quia eo respectu exigi posset hujusmodi præstatio,Bellencin.*d.q.31.n.5. vers.& pro talibus,*Cochier *d.q.9.n.2.*

Limitatur *secundò*, nisi ex privilegio exemptionis apposita esset clausula vulgaris, *volumus autem, quod Ecclesia hujusmodi exempta cum charitate priori cum Episcopo suo remaneat.* Abb. *cons.101.* incip. *Omnipotentis Dei postulato suffragio, vol.1.* Bellencin.*d.q.32.in fine,*Cochier *p.1.q.9.& p.4.q.9.n.3.*

Cùm hujusmodi subsidium peti debeat à personis 48
clericorum ratione beneficiorum suorum, prout juxta text. *in d. cap.conquerente, & in d. c. cùm Apostolus,* resolvunt Navar.*cons.10.in antiq.* aliàs 5.*in novis,sub tit. de censibus,*&.Sayr. *in floribus dec.sub eodem tit.dec.10.* non poterunt clerici nullum Ecclesiasticum beneficium habentes ullo jure cogi Episcopo subsidium præstare, quamvis habeant ampla patrimonia, Bellencin. *quæst.31.* Azor.*d.q.6.vers.insuper,* licèt dubitet Navar. *ubi proximè.* Ex quo inferri potest,quod ex fructibus, oblationibus, & eleemosynis, quæ dantur ad opus fabricæ, non solvitur decima, neque subsidium,quia ista

non

non sunt fructus beneficiorum, arg. *l. in agris, ff. de acquir. rerum domin.* nec percipiuntur per beneficiatum, sed per deputatum ad opus fabricæ. Ita *Extravag. unica, §. de eleemosynis, de decim.* ubi gloss. *verb. beneficiorum*, ubi Card. *n.* 3. & Imol. *n.* 5. Bonifac. de Vitalinis *in Clem.* 1. *num.* 46. *de decim.* Bellencin. *d. tract. q.* 74. Franc. Monald. *cons.* 167. *num.* 51. *lib.* 2. Subsidium an solvi debeat de bonis relictis pro Capellaniis non collativis, vide Alphons. de Leone *de Officio Capellani quæst.* 5. *sect.* 17. *n.* 258. *cum seq.*

49 Clerici pauperes, qui scilicet ex suorum beneficiorum redditibus nihil habent ultra commodum, & honestum victum, minimè cogi possunt ad tale subsidium præstandum; tamen certè gravarentur, si eorum victus minueretur. Bellencin. *q.* 30. Quaranta *ubi suprà*, Piasec. *d. n.* 11. Azor. *d. q.* 6. *vers. quid dicendum*, Alex. de Nevo *cons.* 57. *n.* 1. & *cons.* 58. *n.* 2. Boër. *decis.* 135. *num.* 3. Bellet. *d.* §. 12. *n.* 19. *cum seqq.* ubi *n.* 21. observat judicem arbitrari debere; beneficium non fore decimabile

50 propter paupertatem. Hinc † beneficium habens, sed nullos fructus percipiens propter assidua bella, inundationes aquarum, vel ob alium fortuitum casum, nullo jure cogitur ad hujusmodi subsidium Episcopo præstandum. Remig. de Gonny *q.* 37. *n.* 5. & *q.* 40. & 41. Moneta *d. q.* 9. *num.* 21. Bellencin. *q.* 34. cum Azor. *d. q.* 6. *vers. Clericus*, qui etiam tenent tale subsidium exigi posse ab eo, qui est beneficii possessor; sive bona, sive mala fide: item resolvunt, si duo litigent de beneficio, quorum uterque contendit ad se beneficium pertinere, tunc liberum esse Episcopo subsidium exigere ab eo, quem maluerit: at si is, qui subsidium solverit, victus in lite fuerit ab adversario, jus habet repetendi tantundem, quantum solvit; alioquin jure compensationis uti potest. Minus possunt gravari hujusmodi subsidiis, & decimis etiam Papalibus Moniales pauperes, quarum redditus, & proventus sunt adeò tenues & exiles, quod de illis sustentari nequeant, sed pro vitæ suæ sustentatione coguntur publicè mendicare; vel artificio

51 manuum suarum, vel ex sustentatione parentum victum procurare, Gemin. *d. cons.* 85. *n.* 25. *usque ad finem*, quem sequitur Rebuff. *cons.* 124. *col.* 2. *vers. item Bonif. VIII.* Bellet. *d.* §. 12. *n.* 23. ubi *n.* 24. Constit. Pii IV. tenet ad hujusmodi subsidium non teneri Moniales non habentes redditus ultra summam quatuordecim ducatorum auri de Camera pro victu cujuslibet Monialis alios redditus non habentis.

51 Rector Ecclesiam habens in una diœcesi, in alia verò prædia, & possessiones, ex quibus fructus beneficii percipit, debet solvere subsidium Episcopo, in cujus diœcesi est Ecclesia; quia tale onus sustinent beneficiarii ratione Ecclesiarum, quas habent. Ita Bellencin. *q.* 35. Azor. *d. q.* 6. *vers. quid dicendum.*

52 Pensionarius clericus, & Rector beneficii pro rata portione tenentur ad subsidium. Bellencin. *q.* 37. Gratian. *Marchiæ decis.* 20. *n.* 1. Azor. *d. q.* 6. *vers. si quæras*, Gig. *de pension. q.* 28. *n.* 19. Flamin. *de confident. q.* 23. *n.* 7. Bellet. *d.* §. 12. *n.* 32. Caccialup. *de pension. q.* 17. Rebuff. *cons.* 125. & plures citati à Nicol. Garz. *de benefic. p.* 1. *c.* 5. *num.* 171. Sed revera Curiæ Romanæ stylus habet, ut pensio auctoritate Papæ assignata alicui, sit immunis & libera ab omni onere, etiam subsidii charitativi, & ideò quando Papa clerico pensionem assignat liberam ab omni subsidio charitatis, Rector beneficii debet ex toto illud solvere. Ita Gig. Joan. Garc. Navar. & Marchesan. quos refert & sequitur Nicol. Garc. *dict. p.* 1. *c.* 5. *n.* 172. ubi *n.* 173. post Rot. *decis.* 161. *p.* 2. *divers.* tenet hujusmodi exemptionem in subsidio ex excusato solùm durare in Regnis Hispaniarum, ubi illud solvitur pro illo quinquennio; nam in sequenti solet derogari hujusmodi exemptionibus, & clausulis in concordia, quæ sumitur inter Regem, & statum Ecclesiasticum, & confirmatione illius.

53 Ecclesia si in confinio duarum diœcesum sit, ambo Episcopi se concordare debent, ut alternis vicibus subsidium exigant, argum. *Clem. plures, de jurepatron.* quod si convenire renuant, tunc jure poterit Archiepiscopus præcipere, ut conveniant, eo quòd talis eorum discordia est Ecclesiæ damnosa. Ita Bellencin. *quæst.* 52. Azor. *d. q.* 6. *vers. quid dicendum.*

Successor in beneficio solvere subsidium cogitur, 54
quod antecessor beneficiarius non solvit, argum. *l. Imperatores, de impensis, & l. hactenus, ff. de usufruct.* Bellenc. *quæst.* 51. Azor. *d. quæst.* 6. *in fine*, ubi resolvit posse Episcopum convenire successorem, vel antecessorem, si adhuc vivus sit; ut maluerit; & subsidium petere.

Hospitalia causa communis pietatis extructa, quando titulum beneficii habent, obligantur ad subsidium, 55
Bellencin. *q.* 38. Azor. *d. quæst.* 6. *vers. si roges*, qui etiam resolvunt, quod si hujusmodi hospitalia auctoritate Episcopi fundata non sint; gravari nequeunt onere subsidii, quia religiosa, & sacra loca non sunt, & possunt ad prophanos usus redire privata fundatoris auctoritate; secus tamen si Episcopi auctoritate fundentur, cum ab illis, sicut ab Ecclesiis suæ diœcesis, exigere subsidium charitatis, & alia jura Episcopalia Episcopus possit. Quomodo verò Episcopi auctoritate fundata dici possint, vide quæ diximus *in allegat.* 75. *num.* 5. *cum sequentibus.*

DE SUBSIDIO HISPANICO, excusato subsidio, millionibus, & tertiis decimarum Regi Catholico persolvendis.

Subsidium Hispanicum quid, & quando solvendum?

SUbsidii Hispanici *prima* concessio incepit à Pio 56
IV. *in sua Constit.* incip. *Ad Romani Pontificis indefessam, sexto Nonas Martii* 1561. de trecentis millibus ducatis auri annuis usque ad quinquennium proximè futurum à Kalendis Januarii proximè futuri computandum, & deinde usque ad aliud quinquennium Sedis Apostolicæ arbitrio, *super omnium & singularum Cathedralium, & Metropolitanarum, Collegiatarum, & aliarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum & beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura & sine cura, secularium & Regularium, Canonicatuum & Dignitatum etiam post Pontificales majorum, Capitularium, Conventualium, & aliarum Ecclesiarum fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, &c. ipsius Sacr. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui pro universali Ecclesia jugiter laborant, & Militibus Hierosolymitanis duntaxat exceptis.*

Secunda concessio facta fuit à Pio V. *in sua Constitut.* incip. *Cùm sicut accepimus, sub die* 16. *Martii* 1566. 57

Tertia concessio ab eodem Pio V. *in sua Constitut. Cùm sicut accepimus, sub die* 3. *Maii* 1571. Idem Pius V. *in alia sua Constit.* incip. *Decet Romanum, sub die* 7. *Martii* 1572. exactionem hujus subsidii à Capitulis & Collegiis Provinciæ, seu Episcopatus suscipi mandat.

Gregorius XIII. *in sua Constit.* incip. *Concessit aliàs, sub die* 11. *Februarii* 1573. declarat, *Milites sancti Jacobi de Spatha (excepta tamen Magistrali mensa) necnon quatuor Mendicantium Ordinum Fratres bona immobilia, seu quæ immobilium loco habentur, possidentes, ad subsidiorum hactenus non solutorum solutionem teneri*, &c. 58

Paulus V. *in sua Constit.* incip. *Pro nostro munere, sub die* 31. *Octobris* 1614. confirmavit *concordiam subsi-* 59

dii inter universum Clerum Regnorum Castellæ, & Regem Catholicum initam, &c.

Excusatum subsidium quando inceperit, & quomodo hodie solvatur.

60 PApa Pius V. *per suam Constit.* incip. *Circa pastoralis, die 15. Julii 1567.* concessit *Regi Catholico plenam, liberam, & omnimodam facultatem petendi, exigendi, & levandi, ac recuperandi decimas tritici, hordei, vini, aquarum, lanæ, olei, casei, & aliorum quorumcunque fructuum, & rerum, ex quibus decimæ, tam de jure, quàm de consuetudine, & privilegio solvi, & dari consueverunt, ex una domo, illiusque domino, post duas, quas uberiores, & opulentiores decimas habuerint, quàm maluerint in quolibet Parochia, tam seculari, quàm cujusvis Ordinis Regulari ex universis Parochiis in regnis & Dominiis Hispaniarum, & insulis eisdem Regnis adjacentibus: necnon decimas hujusmodi ab illis, qui hactenus ipsas perceperunt, exegerunt, & levarunt, abdicat, & separat, illasque eidem Philippo Regi per Nuntium, seu personas Ecclesiasticas ab eo deputandas, exigendas, levandas, & recuperandas ipsi Philippo Regi, seu ejus pro tempore ad hoc deputatis ministris cum effectu tradendas, & consignandas applicat*, &c. *Voluit tamen concessionem, ac donationem hujusmodi à Kalendis Ianuarii proximè futuri anni 1568. incipere, & ad quinquennium ex tunc proximè futurum durare*, &c.

61 Idem Pius V. per aliam *suam Constit.* incip. *Sanè aliàs, sub die 21. Maii 1571.* illam concessionem ad aliud quinquennium extendit. Necnon per aliam *Constit.* incip. *Apostolicæ Sedis, sub die 24. Martii 1572.* declaravit, *sub concessione hujusmodi comprehendi omnes, & singulas decimas ex Parochialibus provenientes, ex quibus primitiæ percipi, vel subsidia Ecclesiastica solvi solent, & quæ ex indulto Apostolico laicis, tam separatim, quàm etiam quæ eis & quibuscumque personis, & locis Ecclesiasticis mixtim, seu etiam per distinctas partes quomodolibet solvuntur, etiamsi illæ in terris olim à Mauris, & Sarracenis in bello recuperatis consistant*, &c.

62 Gregorius XIII. *in sua Constit. Aliàs felicis, sub die 13. Maii 1575.* prorogavit *hujusmodi excusatum usque ad aliud quinquennium.* Idem Gregor. *per aliam suam Constit.* incip. *Romani Pontificis, sub die 25. Novembr. 1578.* declaravit *ad hujusmodi concessionem Excusati teneri etiam sancti Hieronymi, & Cisterciensis Ordinum Religiosos, Monachos, Fratres, & Moniales; necnon quascunque sæculares; ac quorumvis Ordinum Regulares personas; Militias, Ordinesque Militares, Domus, Universitates, Collegia, & alia pia loca*, &c. & in alia *sua Constit.* incip. *Decet Romanum, sub die 4. Ianuar. 1573.* confirmat *concordiam initam inter Clerum Regnorum Coronæ Castellæ, & Legionis cum Rege Catholico; ut scilicet pro loco hujusmodi Concessionis citatus Ecclesiasticus dictæ Coronæ solvat suæ Majestati, & illi, qui suo nomine illud habere deberet, videlicet, ducentos quinquaginta mille ducatos annuos in duabus solutionibus pro medietate, dividendos pro certis quantitatibus cuilibet Diœcesi dictæ Coronæ, prout dividuntur: dummodò tamen extra hanc concordiam & divisionem remaneant Regna Aragoniæ, Cathaloniæ, & Valentiæ, & Insulæ illis adhærentes.* Confirmationem eandem fecit Paulus V. *in sua Constit.* incip. *Pro nostro, sub Dat die 28. Iulii 1620.*

63 Clemens VIII. *in sua Constit.* incip. *Personarum Ecclesiasticarum, sub die 11. Februar. 1594. Motu proprio, & ex certa scientia*, statuit, & declarat, *ut in posterum omnes, ac tota illa rata ad quam Cardinales ratione quarumvis pensionum, quas in Regnis Hispaniarum quomodolibet percipiunt, & percipient in futurum, si ab eadem contributione exempti non essent, solvere tenerentur; & quæ illos, ac pensiones ipsas quomodolibet tangeret, per eos, qui dictas pensiones nunc, & quando cunque in futurum solvere debent, & debebunt, quavis Dignitate, etiamsi Patriarchali, & Metropolitana præfulgeant, ac etiamsi S.R.E. Cardinales, beneficia tamen & Ecclesias hujusmodi pensionum onere gravatas obtinentes existant, persolvi debeat*, &c. Idem Clemens VIII. *in alia Constit.* incip. *Propensa nostra, die 12. Aprilis 1601.* absolvit & plenissimè liberat *Regem Catholicum, eique remittit, & condonat notabilem, ac etiam notabilissimam summam subsidii, & excusati per illum in alios usus conversam, quàm in illos, ad quos fuit destinata, videlicet ad sustentandum sexaginta triremes*, &c.

S.D.N. Urbanus VIII. *in sua Constit.* incip. *Apostolatus officium, die 9. Martii 1634.* committit & mandat *Laurentio Episcopo Senogallien. Sedis Apostol. in Hispaniarum Regnis Nuntio, ut significet Commissario Cruciatæ post elapsum Concordiæ Confirmationis Apostol. tempus nihil à Clero exigat ratione subsidii, & excusati, donec alia cum eodem Clero concordia desuper inita, & Apostolica auctoritate confirmata fuerit. Necnon eundem Commissarium moneat ne Notariatus, & officia Cruciatæ, subsidii, & primæ decimæ excusati, cum Ecclesiastica officia sint, à Ministris Regiis vendi, seu alienari quoquo modo permittat; minùs cogat Clerum ad solutionem aliquam faciendam eis, qui officia hujusmodi, sive alterum eorum ement, seu jam forsan de facto emerint*, &c. 64

Milliones quando incœperint, & quomodo hodie imponantur, & persolvantur.

65 GRegorius XIII. *in sua Constit.* incip. *Ad auxilium, die 16. Augusti 1591. Motu proprio* statuit, & concedit *Regi Catholico certa superadditionalia servitia, sive subsidia ad sexennium duratura super victualibus in Regnis Coronæ Castellæ vendendis, aut aliàs in Regnis hujusmodi consumendis, seu super molitura frumenti, & aliorum frugum, declaratque omnes, & singulas Ecclesiasticas personas seculares, & cujusvis etiam exemptionis, & Apostolicæ Sedi immediate subjectos Ordines Regulares, Monasteria utriusque sexus, Conventus, & Collegia, ac Ecclesiarum Capitula Regnorum præfatorum in eisdem Regnis commorantes, & consistentes, ad conferendum, & contribuendum proportionabiliter, prout laicos in dictis superadditionalibus servitiis, & subsidiis durante sexennio dumtaxat teneri, & obligatos esse*, &c.

66 Clemens VIII. *in sua Constit.* incip. *Eximius, die 25. Januar. 1601. concedit ut ad instar laicorum durante sexennio, Ecclesiasticæ personæ, de quibus supra, teneantur solvere superadditionalia servitia, seu subsidia, seu sissam super vino, & oleo in prædictis Regnis colligendam, & consumendam impositam*, &c. idem Clemens *alia sua Constit.* incip. *Aliàs per nos, die 12. Augusti 1603.* statuit, *ut hujusmodi gabella, seu sissa ad carnes in eisdem Regnis vendendas extendatur, & ex tribus rerum speciebus, vini scilicet, olei, & carnis summa tantum decem & octo decies centenorum millium nummorum aureorum fiat, & non ultra*, &c. *Declaratque sua intentionis esse ut exactores coram locorum Ordinariis Ecclesiasticos recusantes solvere compellant. Idem Clemens in alia sua Constitut.* incip. *Aliàs cùm accepissemus, die 17. Decembris 1605.* declaravit, *prædictam gabellam, seu sissam vini, & olei contribuere debere non solùm ementes, & vendentes, sed illos etiam qui illa perciperent ex propriis terrenis, aut ex afflictibus, aut emerent ex uvis & olivis, seu colligerent pro decimis; aut etiam dono acciperent, vel aliàs ex quovis alio redditu, & introitu haberent, & consumerent in propriis domibus, & pro eorum, & familiarum suarum usibus, & similiter quod non solùm de vino, sed etiam de musto aquato & aceto intelligeretur, & ulterius*

ulteriùs quod eadem gabella, seu sissa usque ad integram exactionem dictæ summæ decem & octo decies centenorum millium nummorum aureorum durare deberet, &c. Et declarat Ecclesiasticas personas seculares, & Regulares, Monasteria, Collegia, Conventus, & Capitula supradicta ad solvendum gabellam, seu sissam præfatam teneri juxta declarationem prædictam, quoad rerum species (non tamen quoad ea, quæ pro eorum propriis, & familiarum suarum usibus consumunt, ita ut pro illorum & suarum familiarum usibus prædictis sint omnino immunes, & exempti) ad instar laicorum. Præterea declarat *tempus dicti sexennii ad aliud triennium à fine ipsius sexennii computandum, quo tantùm durante si prædicta summa congesta non fuerit, adhuc gabellas, seu sissas hujusmodi persolvere teneantur.* Voluit item *ut exactores dictæ gabellæ, seu sissæ non per seipsos, seu per alios Ministros seculares, sed adhibita locorum Ordinariorum auctoritate, & coram illis tantum Ecclesiasticos solvere recusantes compellere valeant*, &c.

S. D. N. Urbanus VIII. *in sua Constitut.* incip. *Orthodoxæ fidei, 23. Novembris 1625. Motu proprio, & ex certa scientia* statuit *omnes & singulas Ecclesiasticas personas, tam sæculares, quàm cujusvis Ordinis*, &c. *Regnorum Castellæ teneri contribuere proportionabiliter sicut laicos gabellam sissam nuncupatam super sale, charta, tam impressa, quàm non impressa cujuslibet generis, in Regnis prædictis introducendis, seu confectis, vel productis, & vendendis, necnon unius pro centenario aliarum rerum mobilium, & se moventium, ac stabilium patrimonialium tantùm, non autem Ecclesiarum, nec super aliis rerum speciebus, super quibus olim gabella, seu sissa decem & octo millionum nummorum similiter aureorum imposita fuit, quæ in totum summam duodecim millionum nummorum similiter aureorum, spatio duorum scilicet pro quolibet anno persolvendorum, conficere debeant, ita ut si ante sexennii hujusmodi finem præfata summa duodecim millionum confecta fuerit, Ecclesiastici prædicti amplius contribuere, & dictam gabellam, seu sissam solvere non debeant.* Idem *Aliàs à nobis, die 31. Maii 1628.* declaravit *Motu proprio, certaque scientia gabellam, seu sissam prædictam unius pro centenario per quoscumque exigi non potuisse, nec posse, respectu bonorum stabilium, mobilium, & se moventium, sive fructuum, redituum, proventuum, & emolumentorum quorumcunque, Ecclesiarum, Capitulorum, Monasteriorum, beneficiorum, & aliorum locorum piorum quorumcunque, quæ in Regnis Castellæ, & Legionis ab ipsis Ecclesiis, seu personis Ecclesiasticis prædictis quomodolibet, ac quibuslibet, & ad quemcunque usum vendi contigerit, nec etiam respectu aliorum, quæ ab Ecclesiis, seu Ecclesiasticis, vel aliis personis nomine & ad favorem, & commodum Ecclesiarum, Capitulorum, Monasteriorum, beneficiorum, & aliorum piorum locorum, seu etiam prævia super hoc opportuna licentia, in evidentem ipsarum Ecclesiarum utilitatem, vel aliàs quovis modo emi, permutari, & respective acquiri contigerit, &c.*

69 Idem S. D. N. Urbanus VIII. *alia sua Constitut.* incip. *Romanus Pontifex, die 29. Maii 1629. Motu proprio, & ex certa scientia* statuit, *ut omnes, & singulæ Ecclesiasticæ personæ, tam seculares, quàm cujusvis Ordinis, etiam exempti & Apostolicæ Sedi immediatè subjecti Regulares, necnon Monasteria utriusque sexus, Conventus, & Collegia, ac Capitula Ecclesiarum Regnorum Castellæ & Legionis, ac in eisdem Regnis commorantes, & consistentes, teneantur ad conferendum & contribuendum proportionabiliter, & non aliter prout laici, in subsidio summam decem & octo millionum nummorum aureorum, mediante solutione gabellarum, seu sissarum super vino, aceto, oleo, & carne in dictis Regnis colligendis, & consumendis imponendarum, seu forsan impositarum, & durante novennio proximo dumtaxat, & non ultra, non tamen quoad prædictas rerum species, quas ex propriis terrenis, seu decimis, aut aliis quibuscumque redditibus propriis, per se vel alios afflictuarios suos, vel etiam ex eleemosynis percipiunt, & pro divino cultu, seu propriis familiarum suarum usibus consumunt, à quibus omnino immunes & exemptos esse declarant, ita ut elapso prædicto novennio, statim præsens gratia expiret, & exactio nullatenus quovis prætextu, vel causa continuari possit, etsi integra summa prædictorum decem, & octo millionum adhuc non fuisset exacta. Cum declaratione quod dictæ personæ ex nunc de cætero aliorum duodecim millionum subsidio supradicto impositorum nullo modo contribuere debeant, & quoad reliquam sissam unius pro centenario pro solutione dictorum duodecim millionum, quod durare debeat tempore præfixo, & non ultra*, &c. Et *in alia Constitut.* incip. *Nuper à nobis, die 5. Martii 1633. remittit & condonat Regi Catholico, ejusque ministris pœnas, ac pecunias ad quamcunque summam ascendentes ex gabellis, seu sissis hujusmodi per eosdem ministros, seu officiales ab Ecclesiasticis exactas, eosque à quibuscunque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis absolvit, declaratque non intendere ex hac absolutione, & condonatione inductam censeri, seu induci posse futuris temporibus aliquam etiam tacitam facultatem, vel approbationem gabellarum indebitè exactarum, vel exigendarum per quoscunque ab Ecclesiis, vel Ecclesiasticis prædictis*, &c.

Idem S. D. N. Urbanus VIII. *in alia sua Constit.* 70
incip. *Ad universalis Ecclesiæ regimen, 5. Martii 1633.* eo quòd cessavit subsidium decem & octo millionum nummorum aureorum ad novem annos sub die 29. Maii 1629. impositum, ob nonnullasque causas effectum ex tunc de cætero sortiri non potuit, *Motu proprio & ex certa scientia* statuit, *ut omnes & singulæ Ecclesiasticæ personæ, tam seculares, quàm cujusvis Ordinis*, &c. *Regionum Castellæ & Legionis, ac in eisdem commorantes & consistentes, conferre & contribuere, prout laici teneantur in subsidio decem & novem millionum nummorum aureorum cum dimidio alterius millionis hujusmodi, mediante scilicet solutione præfatarum gabellarum, seu sissarum super vino, aceto, oleo, & carne in dictis Regnis colligendis, & consumendis impositarum, durante sexennio proximo à die prima Augusti 1632. non tamen quoad præfatas quatuor rerum species, quas ex propriis terrenis, seu decimis, aut aliàs quibuscumque redditibus propriis per se, vel alios etiam afflictuarios suos, vel etiam eleemosynis percipiunt, & pro divino cultu, seu propriis, vel familiarum suarum usibus consumunt, pro quibus omnino immunes, & excepti sint, & quod elapso præfato sexennio exactio respectu Ecclesiasticorum cesset, & nullatenus quovis prætextu, vel causa continuari possit, etiamsi integra summa adhuc non fuisset exacta*, &c. Voluit autem *quod istud subsidium decem & novem millionum cum dimidio alterius millionis, succedat loco quorumcunque aliorum subsidiorum super millionibus per se hactenus approbatorum, & concessorum, ita quod illorum vigore nihil amplius à quoquam exigi possit, quodque pecuniæ ex præfatis gabellis, seu sissis, ut præmittitur, à dictis Ecclesiasticis exactæ non in alios usus, quàm Catholicæ Religionis, ac bellorum contra hæreticos, religionisque Catholicæ Fidei hostes, ac obedientiæ erga S. R. E. conservatores convertantur*, &c.

Tertiæ decimarum Regibus Catholicis concessarum quando eis solvi inceperint, & quomodo hodie persolvantur.

HOnorius *in sua Bulla* incip. *Ex parte tua, sub* 71
dat. 17. Kalend. Aprilis Pontificatus sui anno 3. refert, *Archiepiscopum Toletanum sibi exposuisse tertias decimarum illius Provinciæ ornamentis Ecclesiarum & fabricis deputatas, à quibusdam laicis teneri;*

teneri, qui eas in proprios usus pro magna parte convertunt, conceditque ei ad triennium, nullius contradictione, seu appellatione obstante, ut medietatem dictarum tertiarum inter Cruce signatos, quos hujusmodi subventione viderit indigere, secundum providentiæ suæ arbitrium dividat. Proviso, ut si alicujus Ecclesiæ fabricam reparatione sic indigere videat, ita ut reliqua medietas ad eam non sufficiat reparandam, illi nihil subtrahat de tertia memorata.

72 Gregorius *in sua bulla*, incip. *Quanto charissimum*, 16. *Kalend. Maii Pontificatus sui anno* 1. refert *quod Ferdinandus Rex Castellæ occupavit decimarum tertias Ecclesiarum fabricis deputatas, easque cum offensione divina suis usibus applicabat, ideo mandat omnibus Episcopis Castellæ, quatenus ipsum Regem ut ab hujusmodi usurpatione desistat, moneant prudenter & efficaciter inducant, ipsarum Ecclesiarum Rectoribus districtius inhibentes ne Ballivis Regiis ipsas præsumant tertias exhibere*, reperitur in archivio S. Ecclesiæ *taxa* 32.

73 Clemens *per suam Constitut.* incip. *Olim claræ memoriæ Ferdinandus, sub dat. apud Castrum Noma Avenionen. diœcesis*, 4. *Non. Novembris, Pontificatus sui anno octavo*, concessit *Alphonso Regi Castellæ, ut duæ partes tertiæ portionis decimarum Ecclesiarum terræ sibi subjectæ, in quibus hujusmodi portio solvebatur ipsarum Ecclesiarum fabricis, usque ad triennium liberè percipere possit pro reparandis castris, & terris Regni sui, quæ per Sarracenos extiterant occupatæ, suasque terras ab ipsorum Sarracenorum incursibus defendat, ita tamen quod si Rex præfatus elapso triennio supradicto per se, vel per alium, seu alios quicquam exigeret, vel reciperet de duabus partibus supradictis, eo ipso sententiam excommunicationis incurreret, suaque terra Ecclesiastico interdicto subjaceret.*

74 Alexander VI. *in sua Constit.* incip. *Dum indefessa, sub dat. Idib. Februarii an. Incarnationis Domini* 1494. Ferdinando Regi, & Elisabethæ Reginæ Castellæ & Legionis ex certa scientia concessit, *ut perpetuis futuris temporibus tertias decimarum in Regnis prædictis & Granatæ percipere, & levare licitè, & liberè valerent, &c.*

75 Paulus III. *in sua Constit.* incip. *Exponi nobis, sub die* 22. *Julii* 1541. refert *Innocentium VIII. eisdem Ferdinando & Elizabethæ Regibus concessisse omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus decimales in toto Regno Granatensi pro tempore provenientes, ea tamen conditione, quod ipse Ferdinandus, & Elisabetha reges, ex eisdem fructibus competentem dotem & portionem tum Archiepiscopo Granatensi, & præfati regni Episcopis, ac Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum hujusmodi Capitulis, necnon beneficiatis, & hospitalibus, ipsorumque hospitalium, & dictarum Ecclesiarum fabricis assignare deberent, & tenerentur.* Et deinde declarat *monasteria, domus, & ordines, eorumque Prælatos, Conventus, Fratres, & personas ad decimarum hujusmodi solutionem, juxta dispositionem & formam, ac tenorem juris communis, quibuscumque privilegiis non obstantibus, teneri, & efficaciter obligata, ac obligatos existere*, &c.

76 De his tertiis decimarum Regibus Hispaniæ concessarum agunt Put. *decis.* 19. *lib.* 3. *& decis.* 332. *eodem lib.* Mench. *controvers. illustr. lib.* 1. *cap.* 89. *num.* 6. Avendan. *de exeq endis mand. p.* 3. *c.* 4. *n.* 21. Perez *l.* 1. *col.* 7. *versic. unde provenit, tit.* 5. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 120. Azeved. *l.* 1. *num.* 1. *tit.* 21. *lib.* 9. *novæ Recopil.* Lassarte *de decima vendit. c.* 19. *num.* 28. *cum seqq.* D. Barbosa *in l. Titia* 35. *ff. soluto matrim. à num.* 41. Gutier. *practic. lib.* 1. *q.* 14. *& 16. & lib.* 3. *q.* 26. *& de gabell. quæst.* 5. *num.* 16. *cum seqq.* Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *c.* 18. *num.* 146. Molin. *de justit. tom.* 3. *disp.* 661. *num.* 9. *&* 10. Cevall. *commun. contra commun. tom.* 3. *q.* 822. *ex num.* 71. *tom.* 5. *q.* 897. *ex num.* 636. *& de cognition. per viam violent. quæst.* 5. *per tot.* Joseph Sesse *Aragon. decis.* 113. *&* 162. Francisc. Alfaro *de officio fiscalis gloss.* 10. *de Regio patrim.* §. 12. *num.* 469. Joan. Francisc. Leo *Valent. dec.* 3. Azor. *Instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 36. *quæst.* 13. Petr. Calixtus Ramirez *in lege Regia*, § 31. *num.* 2. *&* 3. Hieron. Zurita *in annalib. Aragon. lib.* 1. *cap.* 32. *col.* 7. *& c.* 39. *& lib.* 6. *cap.* 50. Valdes *de dignitate Regum, Regnorumque Hispaniæ, cap.* 20. *num.* 25. *cum seqq.* Illescas *in historia Pontificali, lib.* 5. *in vita Petri primi Aragoniæ Regis, fol.* 275. Mariana *lib.* 13. *cap.* 22. *col.* 4. *& lib.* 15. *c.* 6. *&* 9. *& c.* 15. *ad fin. & lib.* 18. *cap.* 13. *col.* 2. *& lib.* 26. *cap.* 6. novissimè Joan. del Castillo Sotomaior tractatum edidit *de tertiis debitis Catholicis, & invictissimis Regibus Hispaniæ, ex fructibus, & rebus omnibus quæ decimantur.*

77 Circa subsidii Hispanici Regi Catholico concessi contributionem solet ab aliquibus dubitari, an sit solvendum deductis oneribus? Pro parte negativa faciunt sequentia. *Primum* quod decimæ prædiales solvendæ sunt non deductis expensis, *cap. tua nobis, cap. pastoralis, c. non est in potestate, c. cum homines, de decim.* Monet. *eod. tract. c.* 6. *q.* 4. *à n.* 28. *Secundum*, quia idem fit in gabellis, Guttier. *de gabell. lib.* 7. *q.* 22. *&* 33. *per tot. Tertium*, quia in subsidio id ipsum cum multis tenet Monet. *dict. tract. cap.* 9. *quæst.* 2. *à n.* 52. *quæst.* 4. *à num.* 174. & colligitur *ex Extravagant. unic. vers. rationi autem, de decim.*

78 Sed his, & aliis minimè obstantibus, contrarium, videlicet subsidium hujusmodi deductis oneribus esse solvendum, verius est. Nam certum, & indubitati juris existit, hujusmodi subsidii impositionem faciendam super fructibus & redditibus Ecclesiarum intra Hispaniæ fines existentium, cùm non sit onus Ecclesiasticis personis impositum, ut apertè colligitur ex prima concessione Pii IV. cujus mentionem fecit, ibi: *Super omnium, & singularum Cathedralium, & Metropolitanarum fructuum redditibus, & proventibus, obventionibus, emolumentis*, &c. & in specie resolvunt Lassarte *cap.* 19. *n.* 34. *&* 35. ibi, *Planissima sanè est, & verissima resolutio, si animadvertas, quod charitativum subsidium est onus injunctum non quidem Ecclesiasticis personis, sed redditibus potius, & proventibus totius Ecclesiæ in his Regnis*, &c. Fr. Emman. *qq. Regul. tom.* 3. *q.* 74. *art.* 6. *in princip.* ibi, *Quia charitativum subsidium impositum est, non quidem personis Ecclesiasticis, sed redditibus potius, & proventibus totius Ecclesiæ*, &c. Licèt autem à personis Ecclesiasticis exigatur, nihilominus tamen id minimè fit ratione alicujus personalis obligationis, sed quatenus fructus Ecclesiasticos percipiunt, & sic tantum tenentur ratione redditiuum fructuum Ecclesiasticorum, ut in specie concessionis subsidii factæ Principi tenent Ferrer. *cons.* 133. *n.* 11. Joan. Andr. *in c.* 1. *de immun. Eccles. lib.* 6. *n.* 6. & *ibi* Domin. *n.* 7. Card. *in Clem.* 1. §. *sanè, num.* 5. *de jurepatronat.* Federic. de Senis *cons.* 151. *per tot.* præcipuè *à n.* 5. & alii, quos refert & sequitur Bellenc. *de charit. subsid. q.* 35. Unde omnes conveniunt subsidium hujusmodi potius æquiparari collectæ, quàm tributo; nam collecta propriè dicitur, quæ imponitur personis pro rebus, ut *in d. c.* 1. *de immunit. Ecclesiast. lib.* 6. & ibi Gemin. *n.* 5. & idem est variabilis secundùm casus; & occurrentes necessitates, ut tradit Paul. *in l. Imperatores, n.* 3. *de publican.* & comprobat Franc. de Claper. *cent. causarum, causa* 42. *q.* 1. *num.* 8. & idem tenent Bald. *in l. neminem, n.* 3. *C. de sacrosanct. Ecclesiis*, Chassan. *in consuet. Burgund.* §. 4. *vers. extraordinarium, num.* 43. Bertach. *in tract. de gabell. in præl. n.* 16. Hug. Cels. *cons.* 34. *n.* 22. Vincent. de Franchis *dec.* 107. *n.* 4. Tributum verò è contrà, quia est reale, perpetuum, uniforme, invariabile, & ordinarium, *l.* 1. *C. de vacat. publ. mun. l.* 2. *C. de indict. lib.* 10. *l. omnes, C. sine censu*, Abb. *in cap. fin. n.* 12. *de vita, & honest. cler.* Franc. de Claper. *d. loco, num.* 8.

79 Cùm ergo subsidium hujusmodi exigatur ratione bonorum

bonorum & fructuum personarum & universitatum Ecclesiasticarum, tanquam subsidium ex causa à Pontifice impositum, Rebuff. *de decim. quæst.* 3. *n.* 3. Franc. Monald. *cons.* 107. *num.* 1. *lib.* 2. & tanquam onus variabile, Bellencin. *d. tract. q.* 69. *n.* 2. *cum seqq.* benè sequitur ad ejus augmentum, vel diminutionem, juxta eorumdem fructuum accretionem & immunitionem, ut in collecta dicit text. *in l. eum, §. inopes, ff. de muner. & honorib. l. forma,* ubi Bart. *ff. de censib. l. his oneribus, § acutis, ff. de vac. mun.* Franc. de Claper. *dict. loco, numer.* 8. Purpur. *cons.* 356. *lib.* 1. In decima Papali Rebuff. *cons.* 125. *num.* 11. Juvat quod valor fructuum Ecclesiarum, & beneficiorum consideratur, quatenus ex illis superest deductis oneribus, *cap. præsenti, de offic. Ordin. lib.* 6. ibi, *hoc de illis bonis solùm debet intelligi, solutis debitis,* &c. Rot. *decision.* 60. *in antiq. de conceff. præbend.* Felin. *in cap. ad aures, num.* 33. *vers. duodecima conclusio, de rescript.* & in probando vero valore beneficii, quod debet probatio concedere quæ onera super eo sint imposita, ut eis deductis verus valor remaneat, per text. *in l. fructus, ff. soluto matrimon.* tradunt Joan. Ferretus *cons.* 354. *num.* 15. Crescentius *tit. de probat. decis.* 2. & post plures Nicolaus Garcia *de benefic. p.* 5. *cap.* 3. *num.* 164. ubi quod debent deduci onera, & quod aliàs articulus super valore est ineptus, qui debet dicere; quod valet tantum oneribus deductis. Et quod fructus & redditus beneficiorum tantum æstimari debeant, quantum valeant deductis oneribus, tradit Bald. *in l.* 1. *num.* 1. *vers. sed pone, impetratur à Papa, C. de fruct. & lit. expens.* Gutier. *canon. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 126. *cum seqq.* Joan. Bapt. Ferret. *cons.* 156. *num.* 8. Rimin. Jun. *cons.* 717. *n.* 45. *& seq. lib.* 6. Cavalcan. *decis.* 37. *part.* 2. *sub n.* 39. ubi quod fructus beneficiorum sunt qui supersunt deductis oneribus, & impensis: & quod si beneficium esset ita tenue, quod onera absorberent totos fructus, tunc ille, qui ex privilegio Papæ debet percipere, vel detrahere, nihil habebit; quia propter onera fructus non percipiuntur, & non entis nullæ sunt qualitates; & quia ex nihilo nihil fit, & nemo dat, quod non habet, idem tradit *decis.* 27. *num.* 15. *&* 16. *part.* 3. Quod procedit, licèt fiat mentio de integris fructibus, quia nihilominus intelligitur deductis oneribus. Dom. meus Barbosa *in d. l. fructus, n.* 7. *ff. soluto matrim.* cùm dictiones universales, *omnes, integrè*, & similes restringantur ad ea, quæ veniunt ex natura sermonis, ut optimè probat, & declarat Cavalcan. *d. dec.* 27. *n.* 15. *p.* 3. & notatur à Carolo Ruino *cons.* 62. *n.* 7. *vers. nam aliquando, vol.* 1. dicente quod quando res, de qua agitur, diminuitur verè, vel interpretativè, mediante aliqua detractione; tunc dispositio simpliciter loquens de re, vel de integra, sive de tota re, verificatur in eo quod supereſt deducta diminutione, quia totalitas & integritas ipsius rei remanet in eo, quod supereſt, & ad illud restringitur. Facit etiam notabilis & singularis decisio Magistri 112. ubi relicto debito fisco Regio solvendo per hæredem in casu successionis feudi, quod relevium consistit in medietate fructuum illius anni, in quo hæres successit, fuit resolutum fisco esse solvendum ex medietate fructuum, deductis oneribus.

82 Similiter censualia onera super bonis imposita sunt distribuenda, quæ quidem in solutione collectæ, quæ imponitur personis pro rebus, etiam deducuntur, ut in simili probat *d. cap.* 1. *de immun. Eccles. in* 6. Isern. *tit. quæ sint Regalia, §. & plaustrorum, n.* 56. & *ibi* Afflict. *num.* 14. Luc. de Peña *in l. fin. C. de fundis lim. num.* 6. *lib.* 11. *& in l.* 1. *n.* 7. *C. de impon. lucr. descript.* Valasc. *de jure emphyt. q.* 17. *n.* 9. Purpurat. *cons.* 356. *lib.* 1. *per tot.* Lud. Sacca *cons.* 14. *cum seqq.* Joan. Garc. *de expens. c.* 11. *n.* 57. Vincent. de Franchis *decis.* 107. *n.* 4. Cavalcan. *decis.* 22. *n.* 20. *p.* 2. Flores de Mena *var. lib.* 2. *q.* 21. *n.* 62. Iniquum enim esset quod qui non percipit omnes fructus beneficii, pro omnibus, ac si omnes percepisset, contribuat, ut tradit Philip. Dec. *cons.* 156. quem refert Cæs. de Ursil. *ad Afflict. dec.* 242. *num.* 7. Et hac de causa in omnibus solutionibus super onera expensæ deducuntur, *l. non amplius, ff. de legat.* 1. cum multis relatis à Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 29. *num.* 10. *cum seqq.* Non obstat, quod census hujusmodi super bonis alicujus Collegii Ecclesiastici impositi, antequam deducantur illorum redditus, sunt Ecclesiastici, ac proinde necessarium videbatur, quod ex illis subsidium solveretur, ad *d. Extravag. unic. de decim.* ibi, *Ratione autem æris alieni, quo persona solvens decimam obligata consistit, nihil de decima minuatur, etiamsi certæ res Ecclesiasticæ propter hoc fuerint à quoquam obligatæ,* &c. Quia respondetur censum esse quoddam jus reale ad percipiendum annuum redditū, quod inhæret rei super qua imponitur, Covar. *lib.* 3. *var. c.* 7. *n.* 2. *&* 3. Alvar. Valasc. *de jure emphyt. q.* 32. *n.* 13. Adeò ut sine re constitui non possit, ut est verior, & communior opinio, etiam Jure communi, quam latè plures referens confirmat Brunor. à Sole *in suis quæst. q.* 4. Joan. Franc. Milanen. *Sicilia decis.* 2. *n.* 115. *cum seq. lib.* 2. Surd. *cons.* 318. *n.* 2. *lib.* 3. quod hodie est sine dubio, stante Motu proprio Pii V. in quo id expressè disponitur, ut advertit Surd. *d. n.* 12. facit Navar. *in comment. de usur. n.* 79. dum ait requiri ad justitiam census, ut ex fundo, vel re, super qua imponitur, percipiantur. Menoch. *cons.* 445. *n.* 11. *ad fin. vers. tertiò admisso, & n.* 12. *lib.* 5. Et licèt redditus in pecunia, non verò in fructibus solvantur, hoc nihil inconvenit, quia redditus solventur loco fructuum, ut tradit Menoch. *ubi suprà, num.* 13. & ante eum melius dixit Bald. *in l. etiam, n.* 8. *C. de execut. rei jud.* tradens, quod hujusmodi obligatio, seu pensio annua succedit loco naturalis perceptionis fructuum, & in nostra specie considerat Rebuff. alios referens *cons.* 125. *n.* 18. Prout videmus in decima Papali, quæ licèt imponatur pro fructibus, adhuc solvitur in pecunia, ut est notum, & probatur *in Extravag. unic. de decim.* ibi: *Fiet autem solutio decimæ non ex ipsis rebus, quæ percipiuntur de proventibus, sed in pecunia numerata,* &c. Unde tanto minùs ex fructibus dicitur percipi, quantum solvendum est pro ipsis in pecunia, quia valor fructuum extenuatur deductis oneribus, Bald. *in l. sed & si hoc, §.* 1. *per illum text. de condit. & demonstr. & in l.* 1. *n.* 9. *C. de fructib. & lit. expens.* latè Tiraq. *de retract. lig. §.* 14. *gloss.* 1. *n.* 6. & consequenter tantò minus debet pro subsidio imponi dictis fructibus, ut in specie argumentatur Rebuff. *dict. cons.* 125. *n.* 11. *&* 13. & in terminis quod deducendum est ad solutionem decimæ Papalis illud, quod solvitur ex censu, tradit Bellencin. *d. tract. de charitativo subsidio, q.* 37.

ALLEGATIO LXXXVII.

Episcopus quodnam Indulgentiæ genus concedere valeat.

SUMMARIUM.

1 *Indulgentia est remissio pœnæ temporalis debitæ pro peccatis actualibus jam dimissis, concessa homini existenti in gratia à Prælato per applicationem thesauri Ecclesiastici.*

2 *Plenaria indulgentia est illa, qua remittitur tota pœna.*

3 *Indulgentia temporalis dicitur illa, quâ non remittitur tota pœna, sed ejus tantùm pars relaxatur.*

4 *Indulgentiæ carena, quadragena, & septena quæ sint, ostenditur.*

5 *Papa tantum plenarias potest indulgentias concedere, Episcopi verò temporales, limitatas, seu partiales.*

6 *Indulgentias concedendi potestas est jurisdictionis, & non ordinis.*

7 *Indulgentias temporales potest concedere Episcopus etiam non consecratus, aut ordinatus, dummodo sit electus, & confirmatus.*

8 *Indulgentias concedendi potestas penes Papam est jure divino à Deo proximè accepta, penes Episcopos verò est jure communi, & ordinario.*

9 *Indulgentias plenarias concedendi potestas à Papa est delegabilis.*

10 *Indulgentias temporales concedendi potestatem Episcopus non solùm suo Vicario, verùm etiam Clerico demandare potest.*

11 *Laico non potest demandari ab Episcopo potestas concedendi Indulgentias.*

12 *Indulgentias non potest concedere Episcopus excommunicatus, denunciatus, seu vitandus.*

13 *Indulgentias validè, ac sine peccato, secluso scandalo non prævisso, concedit Episcopus dum in mort. peccato existit.*

14 *Indulgentia temporales, quas Episcopus concedere potest, quæ sint, ostenditur.*

15 *Archiepiscopus habet facultatem concedendi indulgentias per totam suam provinciam, & Archiepiscopatum, etiamsi non sit in actu visitationis.*

16 *Indulgentias concedere est voluntariæ jurisdictionis.*

17 *Indulgentias jure proprio nullus inferior Episcopo potest concedere.*

18 *Indulgentias concedit Episcopo inferior ex consuetudine, etiamsi non sit Presbyter.*

19 *Prælatus religionis quamvis habeat quasi Episcopalem auctoritatem in Regulares sibi subditos, jure ipso non potest Indulgentias concedere.*

20 *Parochus Indulgentias concedere non potest.*

21 *Capitulum Sede vacante, an valeat Indulgentias concedere, ostenditur.*

22 *Indulgentiæ concessæ ab Episcopo, vel Archiepiscopo, si excesserint numerum taxatum* in c.cum ex eo, de pœnit. *an valeant, ostenditur.*

23 *Indulgentias Episcopus concedere tantùm potest subditis suis.*

24 *Indulgentias pro mortuis non potest Episcopus concedere.*

25 *Indulgentias ab alio Episcopo concessas lucrantur exteri de proprii licentia.*

26 *Exemptis an possit Episcopus Indulgentias concedere, ostenditur.*

27 *Exempti habentur instar extraneorum.*

28 *Indulgentiis, quas alii concessit, frui & gaudere potest Episcopus.*

1 INDULGENTIA est remissio pœnæ temporalis debitæ pro peccatis actualibus jam dimissis, concessa homini existenti in gratia à Prælato per applicationem Thesauri Ecclesiastici, Corduba *de Indulgent. q.* 1. Navar. *in comment. de indulg. & Iubil. not.* 20. *num.* 1. *cum sequentibus.* Alphons. Alvarez Guerrero *in speculo Juris Pontificii, cap.* 28. *in princ.* Valent. *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 20. *punct.* 1. *vers. nos autem*, Henriq. *in sum. lib.* 7. *de indulg. c.* 1. Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, p.* 1. *c.* 7. *n.* 2. & cæteri in discursu citandi, novissimè Torreblanca *in pract. Juris spirit. lib.* 14. *c.* 13. *n.* 5.

2 Alia est plenaria, alia temporalis. Plenaria est illa, qua remittitur tota pœna simpliciter, & ex communi est remissio totius pœnæ temporalis, quæ nimirum post peccata remissa expianda remansit, sive in hac vita, sive in Purgatorio; cui plenariæ indulgentiæ interdum addi solet particula, *remissio omnium peccatorum*, quæ secundum omnes est potiùs declarativa effectus Indulgentiæ plenariæ. † Indulgentia verò temporalis dicitur illa, qua non remittitur tota pœna, sed ejus tantum pars relaxatur, & sub duplici præsertim forma tribui solet. Aliquando enim dantur Indulgentiæ tot dierum, vel annorum, & est remissio tantæ pœnæ, quanta solvi in hac vita debuisset per pœnitentiam tot dierum, vel annorum, vel quanta in purgatorio luenda foret, si hîc peracta non fuisset. † Et hæc dividi potest in carenam, quadragenam, septenam. Carena dicitur à carendo, & est quasi ciborum carentia: qua remittuntur tot pœnæ, quot fuissent remissæ peragendo pœnitentiam in pane, & aqua quadraginta diebus cum septem annis. Quadragena est relaxatio tantæ pœnæ, quanta redempta fuisset per pœnitentiam quadraginta dierum. Septena est remissio tantæ pœnæ, quanta redempta fuisset per pœnitentiam septem annorum; seu quanta respondet pœnitentiæ septem annorum. Quandoque dantur Indulgentiæ respiciendo ad certam partem peccatorum, ut cùm datur remissio tertiæ, vel quartæ partis peccatorum; est enim remissio tantæ pœnæ, quanta persolvi debuisset hîc, vel in Purgatorio pro tertia illa, vel quarta parte peccatorum jam remissorum. Colliges hæc ex Valentia *d. quæst.* 20. Tolet. *in sum. lib.* 6. *cap.* 24. Suar. *tom.* 4. *disp.* 50. *sect.* 4. *&* 5. Card. Bellarm. *tom.* 3. *lib.* 1. *de Indulgent. c.* 9. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 7. *n.* 94. *cum seqq.* Balduin. Jun. *super opera controvers. Bellarmin. p.* 1. *lib.* 6. *de Indulgent.* Ægid. de Coninch. *de Sacramentis, & censuris, tom.* 2. *disp.* 12. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut.* 306. Francisc. Leo *dict. cap.* 7. *à numero* 3. Bonacina *de Sacrament. disp.* 6. *quæst.* 1. *punct.* 2. novè Jul. Lavor. *de Indulg. p.* 2. *c.* 10. novissimè Torreblanca *dict. lib.* 14. *cap.* 14. *à princip.* ubi de divisione Indulgentiæ in plenariam, pleniorem, plenissimam, & Jubilæum.

5 Solus Papa primariò potest indulgentias concedere, solusque plenarias concedit, & perpetuas. Fusch. *de visitat. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 2. Card. Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.* 6. *cap.* 25. Boët. Epo *de jure Jubil. & Indulg. n.* 148. dum quærit cur cùm solus sponsus Ecclesiæ suæ sit Episcopus, plenas illic Indulgentias dare nequeat: & respondet, quia non in plenitudinem potestatis vocatus est Episcopus à Pontifice, *cap. multum*, 3. *quæst.* 6. (qui solus hac plenitudine potestatis ex verbo Christi gaudet, *Ioan. ultim. cap. cum ex eo, in fine, de Pœn.*) sed in partem sollicitudinis: deinde singularum diœcesum thesaurus Indulgentiarius generali thesauro commixtus non ita locuples est fortassis, ut inde plena possit remissio concedi, solo thesauro generali, qui Pontifici in universum commissus est, nunquam deficiente; quinimò quo plus inde hauritur, eo plus accipit incrementi, instar fontis, vel putei semper uberius, abundantiusque scaturientis, propter operum piorum, quæ temporibus Indulgentiarum fiunt, abundantiam, Lavor. *dict. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 10. ubi *n.* 11. asserit quod Papa potest dare sibi ipsi indulgentias, quia recipit ut Ecclesiæ membrum, ut verò caput concedit: Episcopi verò temporales, limitatas, seu partiales Jure communi Canonico, & ab ipso Summo Pontifice dependenti tantùm concedunt. Ratio est, 6
quia † hujusmodi potestas est jurisdictionis, non Ordinis, *c. quod autem, de pœnit. & remiss.* quatenus ibi dicitur, Indulgentiæ concessionem esse actum absolvendi, & judicialem. S. Thom. *in* 4. *dist.* 20. *quæst.* 3. *art.* 3. Gambar. *de officio Legat. de latere, rub.* 8. *tit. quid possit Legatus circa Indulgentias, n.* 1. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 54. *quæs.* 2. Ugol. *de potestate Episcopi c.* 41. *in pr.* Aloys. Ricc. *d. resol.* 306. *num.* 4. *& resol.* 222. *n.* 1. Boët. Epo *de Iure Iubil. & Indulgent. n.* 145. ubi resolvit potestatem dandarum Indulgentiarum non esse annexam Clavibus Ordinis, vel sacramento Pœnitentiæ, sed

sed Clavibus jurisdictionis externæ etiam extra Sacramenta, & *num.* 186. pulchrè quærit quomodo simul hæc duo consistant, Indulgentias esse jurisdictionis externæ, & nihilominus pertinere ad forum internum, sive conscientiæ, sive animarum? Et respondet hæc pulchrè simul consistere, quia quoad potestatem dandi Indulgentias requiritur externa jurisdictio, cùm nemo possit hunc Ecclesiæ thesaurum dispensare, seu erogare, nisi qui eidem Ecclesiæ per externam jurisdictionem præest: verùm quoad fructum percipiendum Indulgentiarum, is in percipientibus non est alius, quàm ut in locum satisfactionis pœnitentialis (absque tertii cujusquam tamen injuria) succedat: & *num.* 187. quærit quomodo thesaurus Indulgentiarum extra Sacramentum possit communicari, cum ex Clavibus Ordinis, quæ sacramentis alligantur, prima facie videatur dependere.

7 Et ob id Episcopus, etiam non ordinarius, aut non consecratus eas potest conferre, dummodo sit electus & confirmatus, quia actus jurisdictionalis est, per gloss. communiter receptam *in cap. transmissa, de election.* tenent D. Thom. *d. dist.* 20. *quæst.* 1. *art.* 4. *quæstiunc.* 2. Suar. *dict. disput.* 50. *sect.* 3. *num.* 3. Reginald. *dict. loco, num.* 123. Nugn. *in addit. quæst.* 25. *art.* 1. *quæst.* 3. *vers. secunda conclusio*, Alphons. Alvarez Guerrero *dict. loco*, Aloys. Ricc. *dict. resol.* 306. *n.* 4. Azor. *dict. cap.* 55. *q.* 1. *in fine, & cap.* 29. *quæst.* 8. Augustin. de Ancona *de potestate Ecclesiæ quæst.* 29. Campan. *in diversorio Juris Canonici, in proœmio num.* 2. Jul. Lavor. *dict. part.* 2. *c.* 21. *num.* 18. *&* 33. Sanctarel. *de Jubilæo anni sancti, cap.* 3. *dub.* 2. Boet. Epo *d. tract. num.* 146. Ugolin. *dict. part.* 2. *cap.* 41. *num.* 1. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. Indulgentia, num.* 1. Suar. *de legib. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 9. me
8 citato *in hoc loco*, Alzed. *dict. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 15. † Cùm ergo hæc sit jurisdictionis potestas, & non Ordinis, rectè infertur illam, licèt penes Papam sit, Jure divino à Deo proximè accepta, penes Episcopos verò esse Jure communi, & ordinario, ac per consequens proximè acceptam à Papa, juxta resoluta per me *parte* 1. *hujus tract. tit.* 1. *cap.* 1. Torreblanca *dict. lib.* 14. *cap.* 13. *n.* 36. ubi quod Episcopi non habent immediatè à Christo, sed per Papam Jure communi participant facultatem aperiendi thesaurum, & dandi Indulgentiam. Quicquid aliqui teneant, Episcopos posse Jure divino Indulgentias conferre; quos citant, improbantque Bonacina *dict. disp.* 6. *quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 1. Sanctarel. *dict. dub.* 2. *lit. B*, Azor. *dict. cap.* 54. *quæst.* 2. Henriquez *d. lib.* 7. *cap.* 31. §. 3. Lavor. *dict. part.* 2. *cap.* 11. *n.* 45. *cum seqq.* ubi
9 citat me etipsum in hoc loco. † Hinc etiam cùm ea, quæ jurisdictionis sunt, mandari, ac delegari possint de Jure Pontificio, ut habetur *in c. aqua*, & *ibi* glossa ac Doctores, *de consecrat. Ecclesiæ, & in c. quod sedes, de officio Ordin.* ideò † hujusmodi potestas à Papa est delegabilis; qui potest Episcopo indulgere potestatem concedendi etiam plenarias Indulgentias, ut resolvit Aloys. Ricc. *d. res.* 306. *n.* 2.

10 Et ipse Episcopus facultatem concedendi temporales, non solum suo Vicario, verum etiam Clerico demandare potest. Emmanuel Sà *verb. Indulgentia, num.* 16. Valent. *d. q.* 20. *puncto* 3. Suar. *disp.* 55. *sect.* 6. *n.* 6. Regin. *lib.* 7. *num.* 116. Bellarm. *de Indulgent. lib.* 1. *c.* 11. Lavor. *d. c.* 11. *num.* 48. Nugn. *q.* 28. *art.* 2. *ad finem*, Ugolin. *d. c.* 41. *in princ.* Bonacina *dict. quæst.* 1. *puncto* 3. *n.* 11. Azor. *d. lib.* 3. *c.* 43. *q.* 13. *& d. c.* 55. *q.* 5. me citato *in hoc loco*, Alzedo *d. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 25. Torreblanca *d. lib.* 14. *cap.* 13. *num.* 37. Nam prætextu generalis commissionis Vicarius Indulgentias concedere non potest, ut dixi *alleg.* 54. *num.* 90.

11 Hæc tamen potestas non potest ab Episcopo concedi laico, cum laicus jure humano removeatur à muneribus Ecclesiasticis, ut post Jacob. de Graff. Suar. & Regin. resolvit Bonac. *d. loco, num.* 12. & Lavor. *d. c.* 11. *num.* 49.

12 Hinc denique fit, Episcopum excommunicatum, denunciatum, seu vitandum non posse Indulgentias concedere, quia excommunicatus vitandus caret usu jurisdictionis, & consequenter invalida sunt ipsius acta ad jurisdictionem pertinentia, *cap. tanta, de excess. prælat. cap. quia, de except. in* 6. cum citatis à Bonacina *de censuris disp.* 2. *quæst.* 2. *punct.* 7. & resolvit in terminis Azor. *d. c.* 55. *q.* 7. me citato *in hoc loco*, Alzed. *d. p.* 2. *c.* 3. *num.* 22. & me etiam citato *in hoc loco*, Lavor. *d. p.* 2. *c.* 12. *num.* 8. *&* 21. ubi *n.* 9. quærit an saltem sic censurâ innodatus possit delegare vices alteri Episcopo, ut concedat Indulgentias? Utrum autem Prælatus putativus, seu præsumptus possit concedere Indulgentias? Vide Felin. *de Indulg. in fin.* Borgas. *de irregul. tit.* 8. *de Indulg. Episcopi, n.* 4. Sanch. *de matr. lib.* 3. *disp.* 22. *n.* 54. Lavor. *d. p.* 2. *c.* 12. *n.* 22.

13 Ex quo patet à fortiori, Episcopum qui concedit Indulgentias, dum in peccato mortali existit, validè concedere, nec peccare secluso scandalo non prævisso; quia peccatum mortale præcisè non tollit jurisdictionem, Henriq. *d. lib.* 7. *c.* 32. §. 4. Valent. *loco citato, puncto* 3. *vers. tertiò asserimus*, Regin. *l.* 7. *num.* 118. Nugn. *in addit. quæst.* 27. *art.* 9. *concl.* 1. post Graff. Suar. & Cord. sequitur Bonacin. *d. disp.* 6. *de Indulg. quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 9. Unde etiam fit Episcopum, seu Archiepiscopum non posse in loco exempto concedere Indulgentias, cum sit potestas dignitatis, & jurisdictionis Episcopalis, ut post Zabar. Anch. & Vital. resolvit Quarant. *verb. Archiepiscopi auctoritas, auct.* 31. *in fine*, Lavor. *d. c.* 11. *num.* 30.

14 Indulgentiæ temporales, quas Episcopus concedere valet, ipso Jure communi præscriptæ sunt. In dedicatione enim Ecclesiæ unius anni Indulgentiam tantum concedere potest, sive ab uno solùm Episcopo, vel à pluribus dedicetur, & in anniversario dedicationis, vel aliàs concedit solùm Indulgentiam quadraginta dierum, *c. cùm ex eo, vers. ad hæc, de Pœn.* ibi: *Decernimus, ut dum dicatur Basilica, non extendatur Indulgentia extra annum, sive ab uno solo Episcopo, sive à pluribus dedicetur, atque in universali dedicationis tempore quadraginta dies de injunctis pœnitentiis indulta remissio non excedat.* Ita Ugolin. *d. c.* 41. §. 1. *in principio.* Henriq. *d. c.* 42. §. 1. Azor. *d. cap.* 55. *q.* 6. Bonacina *d. q.* 1. *puncto* 3. *num.* 2. Franc. Leo *dict. cap.* 7. *n.* 18. Lavor. *dict. p.* 2. *c.* 11. *n.* 18. Sanctarel. *d. c.* 5. *dub.* 2. *litt. C*, Boët. Epo *d. tract. de jure Jubil. & Indulg. n.* 119. ubi *n.* 121. ait Indulgentiam tot dierum nihil aliud significare, quàm remissionem tantæ pœnæ, quantam pœnitens in hoc sæculo per dies tot pœnitendo delere potuisset, & *num.* 125. differit an ii dies continui sint, an utiles: & *num.* 131. quærit cur quadraginta præcisè dies Indulgentiis Episcopalibus plerumque præscribantur, Torreblanca *d. c.* 13. *num.* 36. Ægid. de Coninch. *de sacram. disp.* 12. *dub.* 1. *n.* 8. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verb. Indulgentia, num.* 31. me citato *in hoc loco*, Alzed. *de præcell. Episc. dignit. p.* 2. *c.* 3. *n.* 7. ubi cum Ugolin. *d.* §. 1. *n.* 2. resolvit, quod si in dedicatione plures assistant Episcopi, & quilibet annum Indulgentiæ concedat, valebit tantùm concessio illius Episcopi, cui illa Ecclesia subjecta est. Ratio autem quare Episcopis limitata extitit potestas in concedendis Indulgentiis, ea fuit, ne in tanta Episcoporum multitudine hac potestate abutentes superfluas, & indiscretas concederent indulgentias, quod annuit Alex. III. *in c. quod autem*, & Innoc. III. *in Concil. generali Lateranen. in d. c. cùm ex eo*, Cordub. *q.* 12. Triumph. *q.* 29. *art.* 6. Suar. *tom.* 4. *disp.* 55. *sect.* 3. *n.* 5. Lavor. *d. c.* 11. *n.* 21. ubi *n.* 2. cum Suar. *cit. loc.* advertit & ponderat rationem, quare quando conceditur facultas dandi Indulgentias in dedicatione Ecclesiæ, non additur particula illa, *de injunctis pœnitentiis*, prout addi solet in Indulgentia quadraginta dierum: & ponit aliqua discrimina inter dictas duas Indulgentias. Boët. Epo *dict. tract. de Jure Jubil. & Indulg. num.* 133.

ubi

ubi observat Indulgentias hasce Episcopales, non aliò quàm ad pœnitentias per Sacerdotem Confessarium injunctas pertinere, *dict. cap. cùm ex eo*, cum tamen Indulgentiæ Pontificiæ non solùm pœnitentias à Confessariis injunctas auferant, verùm etiam pœnitentias quascunque ex ipsa Justitia Divina, vel (si sic loqui malueris) ipsi Justitiæ Divinæ quomodocunque debitas: nisi Pontifex nominatim suas Indulgentias ad solas pœnitentias injunctas restrinxerit; subditque hinc provenire, ut his temporibus Episcopales Indulgentiæ rarò sint utiles, cum pœnitentiæ nunc per Confessarios, utplurimùm valde leves injungantur, propter pravas delicatorum hominum consuetudines, atque molliciem, graves illas pœnitentias peccatis debitas, quæ olim solebant infligi, refugientium.

15 Archiepiscopo datur facultas concedendi Indulgentias per totam suam provinciam, & Archiepiscopatum, etiamsi non sit in actu visitationis, dummodo statutum generalis Concilii non excedat, *cap. nostro, de Pœnitent.* Cord. *q.* 14. Nugn. *q.* 26. *art.* 1. *vers. difficultas tamen*, Stephan. Quarant. *verb. Archiepiscop. auctoritas, vers.* 1. ubi limitat in loco exempto, Bonacina *d. q.* 1. *punct.* 4. *num.* 2. *vers. observa*, Franc. Leo *d. c.* 7. *num.* 28. Lavor. *d. p.* 2. *cap.* 11. *num.* 28. Henriquez *dict. cap.* 32. §. 1. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. cap.* 70. *n.* 15. Coninch *de Sacram. disput.* 12. *num.* 8. Ugolin. *d. c.* 14. §. 2. *n.* 2. me citato *in hoc loco*, Alzed. *d. p.* 3. *c.* 3. *num.* 29. ubi *num.* 20. hoc privilegium illis ademptum dicit per Concil. Trid.

16 Nam licet Archiepiscopus non sit judex Ordinarius omnium de provincia, *c. Pastoralis, de offic. Ordin.* nec extra suam diœcesim habeat contentiosam jurisdictionem, cùm tamen Indulgentias concedere sit voluntariæ jurisdictionis, Suarez *disput.* 49. *sect.* 3. *num.* 9. Aloys. Ricc. *d. resol.* 306. *num.* 5. Ugolin. *d. part.* 1. *cap.* 41. *num.* 1. Franc. Leo *d. p.* 1. *c.* 7. *num.* 18. me citato *in hoc loco*, Alzed. *d. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 49. illas concedere potest, ut per gloss. *in d. c. nostro*. Sed advertendum cum Henriq. *loco proximè citato*, quod si concessit quadraginta dies in perpetuum, nihil amplius potest successor ejus pro eadem causa concedere, quia reputantur unus Prælatus; sed superveniens Archiepiscopus ex commissione Pontificis potest dum visitat diœcesim Suffraganei, concedere 80. dies præter 40. datos ab Episcopo; totidem enim potest Archiepiscopus dare in sua diœcesi, de quo etiam Azor. *d. c.* 55. *q.* 6. & me citato *in hoc loco*, Alzedo *d. p.* 2. *c.* 3. *n.* 23.

Concilium generale legitimè congregatum etiam plenissimas Indulgentias, sicut summum Pontif. concedere posse tenent Felin. *de Indulg. n.* 44. Navar. *in simili tract. notab.* 31. *n.* 2. Henriq. *lib.* 7. *c.* 31. §. 3. Benzon. *lib.* 2. *c.* 30. *vers. quod autem, in fine*. Sed meritò negant Suarez *tom.* 4. *disp.* 56. *sect.* 1. & Lavor. *dict. p.* 2. *cap.* 11. *n.* 14. dicentes in Concil. Basileensi *sess.* 24. ubi Legati aderant nomine Pont. concessas fuisse, prout asserunt respondendum, si aliquando factum reperitur. Cardinales, si non sunt Episcopi, de Jure communi Indulgentias concedere non posse, nisi ex privilegio, vel communione generali, aut consuetudine, quæ dat jurisdictionem, ait Hier. à Sorbo *in comp. in verbo Indulgentia*, § *secundum notab. fol.* 315. Navar. *d. not.* 31. *n.* 17. And. Duval. *in p.* 2. *D. Thomæ, tract. de Indulg. quæst. unic. art.* 9 *concl.* 4. Gamachæ. *in sum. Theolog. tom.* 2. *disp. de indulg. c.* 8. refert novissimè Diana *moral. resol. part.* 5. *tract.* 2. *de potest. & privil. S. R. E. Cardinalium, resolut.* 6. & tunc concedunt centum dies, Panor. *in cap. accedentibus, de excess. Prælat.* Lavor. *d. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 15. etiam quod non sint Sacerdotes, Pavin. *de potestate Capituli Sede vacante, part.* 1. *princ. q.* 4. *num.* 4. Jacob. de Graff. *in aureis dec. in append. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 32. Lavor. *loco proximè citato*.

Legati Papæ possunt etiam concedere Indulgentias in terminis suæ legationis ex commissione speciali, vel generali, *c. fin. de officio Leg.* ubi gloss. Anton. 3. *parte, tit.* 10. Sylvest. *verb. Indulgentia, n.* 4. Lavor. *d. c.* 11. *n.* 16. & ex consuetudine concedunt centum dies, Gambar. *de officio Legati lib.* 8. *tit. quid possint legati circa Indulgentias*, *n.* 8. ubi *n.* 20. ait quod finita legatione finiuntur Indulgentiæ, refert Lavor. *d. n.* 16. *vers. ratio*. Summus Pœnitentiarius dat Indulgentias centum dierum, non quod adsit aliquod jus, sed ex vivæ vocis oraculo, aut consuetudine, Papa sciente, & tolerante, Azor. *d. c.* 55. *vers. sextò quæritur*. Navar. *not.* 31. *n.* 17. Lavor. *d. c.* 11. *n.* 17.

Neminem Episcopo inferiorem jure proprio Indulgentias posse concedere, communiter traditum est 17
in cap. accedentibus, de excess. Prælat. & in d. c. nostro, Navar. *tract. de Indulg. not.* 31. Bellarm. *de Indulg. lib.* 1. *cap.* 11. *quæst.* 3. Cochier. *de jurisd. Ordin. in exemptos, p.* 4. *q.* 54. Bonacina *q.* 1. *punct.* 3. *n.* 17. Franc. Leo *dict. cap.* 7. *num.* 19. Sanctarel. *de Jubilæo anni Sancti, cap.* 3. *dub.* 2. *litt. D*, Azor. *dict. cap.* 55. *q.* 3. Lavor. *dict. c.* 11. *n.* 55. Boër. Epo *d. tract. de Jubil. & Indulg. n.* 146. quamvis sit Cardinalis, † nisi ex consuetudine, & praxi con- 18
cedere soleat, Henriq. *d. c.* 21. §. 4. quia tunc etiamsi non sit Presbyter eas dare poterit, Aug. de Ancon. *in tract. de Ecclesiæ potest q.* 29. *art* 8. Pavin. *de potestate Capituli Sede vacante, in* 4. *q. princip.* Gambar. *d. tit. quid possit Legatus circa Indulgentias*, *num.* 2. Torreblanca *dict. c.* 13. *n.* 44.

Unde ipso jure non potest Indulgentias concedere 19
Prælatus Religionis, ut Provincialis, aut Generalis, quamvis habeat quasi Episcopalem auctoritatem in Regulares sibi subditos, Suar. *disp.* 55. *sect.* 5. *n.* 1. Lavor. *d. c.* 11. *n.* 56. Sanctarel. *d. c.* 3. *dub.* 2. *litt. L*, ubi citat memetipsum in hoc loco, Henriq. *d. lib.* 7. *c.* 21. §. 5. Bonac. *d. n.* 18. Torreblanca *d. c.* 13. *n.* 46.

Nec etiam Parochus, est enim inferior Episcopo, La- 20
vor. *d. c.* 11. *n.* 56. Henriq. *eod. c.* 21. §. 8. Bonac. *d. puncto* 3. *n.* 25. Ugolin. *d. c.* 14. §. 1. *n.* 2. Alzedo *d. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 28. & 41. Coninch. *d. disp.* 12. *dub.* 1. *n.* 8. Franc. Leo *d. p.* 1. *c.* 7. *n.* 19. Boër. Epo *d. tract. n.* 14.

Nec denique Capitulum Sede vacante, quia non 21
succedit Episcopo in potestate jurisdictionis extraordinariæ, saltem in iis, quæ sunt reservata dignitati Episcopali, Nav. *d. not.* 31. *num.* 6. & 7. Selv. *de benefic. part.* 2. *quæst.* 11. *num.* 4. Sot. Cordub. & Ledesma, quos refert, & sequitur Torreblanca *dict. cap.* 13. *num.* 42. ub. declarat nisi habeat ex consuetudine, Henriquez *dict. cap.* 31. §. 4. post Suar. Reginald. & alios, sequitur Bonacina *d. punct.* 3. *num.* 23. Lavor. *d. cap.* 11. *num.* 52. Sanctarel. *dict. dub.* 2. *litt. F*, me citato *in hoc loco*, Alzedo *d. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 59. Contra quos tenent Sylvest. *verb. Capitulum, num.* 10. Lazar. *verb. Indulgentia, num.* 47. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verb. Indulgentia, num.* 2. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 222. Azor. *dict. cap.* 55. *q.* 4. & *d. lib.* 3. *cap.* 37. *quæst.* 9. Quare tutius esse, ut Capitulum hoc committeret alicui Episcopo, qui suo nomine faceret, tenet Quaranta *in summa Bullarii, verb. Capitulum Sede vacante, vers. undecimò quæro*.

Sed dubitari potest an valeant Indulgentiæ con- 22
cessæ ab Episcopo, vel Archiepiscopo, si excesserint numerum taxatum *in d. cap. cùm ex eo?* In quo dubio respondendum est negative: quoad eam tamen partem, quæ numerum præscriptum non excedit, valere concludendum est, quia est res separabilis, & in separabilibus utile per inutile non vitiatur, *l. utile, ff. de regulis juris, l.* 1. §. *Trebatius, ff. de aqua quotid. & æstiva*. Quare ita resolvunt per text. *in cap. Indulgentia, de Pœnitent. in* 6. Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccl. dec.* 117. *num.* 5. *in* 1. *edit. & resol.* 102. *num.* 5. *in* 2. *edit.* Suar. *disput.* 55. *sect.* 3. *num.* 11. Navar. *de Indulgent. notab.* 31. *num.* 16. Petr. Sot. *in l.* 2. *de indulg.* Reginald. *dict. loco, num.* 120. Ugolin. *d. cap.* 14. §. 1. *num.* 2. Sanctarel. *dict. dub.* 2.

dub.2.litt.G,Azor.*d.c.55.q.6*.Bonacin.*d.disp.6.q.1.puncto 3.n.3. & 4.* Lavor. *d.c.11.n.39. & 40.* me citato *in hoc loco*,Alzed.*d.p.2.c.3.n.18.* Torreblanca *d. cap.13. num.38.* Boët.Epo *dict.tract.de jur.Jubil. & Indulg. numer.128.*

13 Subditis suis Episcopus Indulgentias concedere tantum potest;nam sicut ab ipso tantùm ligari possunt, ita & ab eodem absolvi, probat text. *in c. quod autem, de pœnit.*Navar.*cons.18.n.12. vers. decimosextò, de pœnit.* Ugolin. *d.c.41.§.2.n.1.* me citato *in hoc loco*,Alzedo *d. p.2.c.3.n.26.*Henriq.*d.c.32.§.2.* ubi tenet cum Navarr. quem refert *in commento*, quod quando Episcopus concedit Indulgentiam loco intra diœcesim sito, prodest etiam externis ibidem moram facientibus, quasi ratione habitationis diutinæ contrahant forum, & subditi efficiantur,refert Sanctarel. *dict.dub.2. litt.H & I.*

14 Non potest tamen Indulgentiam concedere pro mortuis, quia ipsius facultas videtur à Sede Apost. restricta ad ejus subditos degentes in hac vita, Navarr. *de indulg. notab.22. n. 4.* Bellarm. *de indulg. lib.1. cap.11.* Emman. Sà *verb.indulg.n.18* Regin.*lib.7.n.114.& 193.* Sanctarel. *d.c.3.n.2.in fin.* Suar. *disp.55.sect.3.num.23.* Lavor. *d.c.11.n.43.*me citato *in hoc loco*,Alzedo *d.p.2. c.3.n.21.*

15 Si verò Episcopi speciatim suis subditis concederent ut indulgentias ab alio Episcopo concessas acciperent, tunc eas lucrarentur,ut probat text. *in d.c.quod autem*, ubi Abb. *n.7. vers. ultimò noto*, ait tutissimum esse, & valde expediens volenti peregrinari, & loca pia visitare, ipsum licentiam ab Episcopo proprio habere capiendi alienas Indulgentias, id est Indulgentias datas ab aliis,& dicit Navar.*de Indulgent.notab.31.c.ult.n.13. vers.exceptis secundò*, quod hac licentia habita, non subditi possunt acquirere Indulgentias ab alio Episcopo concessas,Ludov.Bolognin. *tract.de indulgent.n.60.* Cochier. *d.p.4.c.58.n.4.*Lavor. *d.c.11. n.36.* me citato *in hoc loco*,Alzedo *d.p.2.c.3.n.27.*

16 Exemptis Episcopum Indulgentias concedere non posse, ex quo jurisdictionis nihil in eos vendicet, sed Pontifici immediatè subjiciantur,veluti proprio ac immediato diœcesano,tenent Anton.de Rosel. *tractat. de*
17 *indulgent.n.321.* Ugolin.§.2.*vers.secundò*: tum † quia etiam exempti habentur instar extraneorum, locaque exempta parificantur locis extraneis, *c. luminoso 18. q.2.c.1. de statu Regul.in 6.* Rosel. *ubi suprà, num.323.* Nihilominus contrarium est resolvendum, videlicet Episcopales Indulgentias prodesse exemptis,quia inducta in favorem exemptorum non debent converti in eorum læsionem; factaque in augmentum non debent parere diminutionem, *l. quod favore, C.de legib.c.quod ob gratiam, de regul. juris in 6. l. legata inutiliter, ff.de legatis* 1. cum citatis *in libello de principiis utriusque juris; lit. R; n. 249.* Quare hanc sententiam tenent Ludov.Bolognin.*d.loco,n.63.*Bellarm.*d.lib.1.c.11.q.3. vers.quare cum jam*,Navar.*notab.31.n.12.vers.addo septimò*,Sanctarel *d.dub.2.litt.K*,Cochier.*d.p.4.q.58.n.5.* Alzed.*d.p.3.n.31.& seqq.*Hinc etiam resolvendum,Episcopum posse Religiosis Indulgentias concedere juxta suam facultatem,Palud.*in 4. dist.20. p.4. art.4.*Regin. *d.lib.7.n.119.*quos refert,& sequitur Bonac. *d.punct.3. n.15.*Sanctarel.*d.litt.L*,Lavor. *d.p.1.c.12.num.4.* Unde colligitur,posse Episcopum extra diœcesim existentem Indulgentias concedere suis subditis pro opere intra diœcesim propriam faciendo. Ita Nav. *in comment. de Jubil.notab.31.n.13.*Alzedo *d.p.2.c.3.n.45.*ubi *n.47.*resolvit, posse etiam Episcopum Indulgentiam concedere suis subditis, etiamsi ille extra diœcesim existat, pro opere,quod extra diœcesim fit, sine licentia Ordinarii illius loci.

18 Hinc denique non abs re dubitari potest, utrum Episcopus gaudere & frui possit Indulgentiis, quas aliis concessit? Ratio dubitandi est, quia nemo potest uti jurisdictione in seipsum. Respondendum est tamen affirmativè, quia Episcopus non debet esse dare ioris conditionis aliis.Ita D.Thom.*in add.q.27.art.4.& ibid.* Nugn.Sot. *in 4. dist.21. q.1. art.4. sub fin.* Navar. *notab.20. n.91.* Regin. *lib.7. n.199.* Azor. *d.c.55. q. ult.* Coninch.*d.disp.12.dub.2.n.11.vers.objicies tertiò*,Suar. *de legib.lib.6.c.1.n.8.& 11.*me citato *in hoc loco*;Alzed. *d.p.2.c.3.n.44.* post Cordub.& Emman. Sà, sequitur Bonacina *d. puncto 3. n.16.* Et sic Prælatus concedens Indulgentiam auctoritate jurisdictionis, & administrationis generalis toti Communitati Fidelium,illa potest frui quatenus est pars communitatis. Ita S.Thom. *in addit.ad 3.p.q.27. art.4.* Jacob.de Graff. *in aur. decis. lib.2.appendic.2.n.23.& 24.*Henriq. *in sum.lib.7.c.32. n.3.* Fr.Emman. *in Bull.Cruc.§.8.n.11.* Benzon. *lib. 5. c.15.n.12.*Azor. *d.p.2.lib.4.c.54.q.8.* Zerol. *de Jubilæo lib.1.c.15.dub.55. & c.19. dub. 15.* Fabric. *eod. tract. c.ult.*Sanctarel. *in simili tract. c.15. dub.6.* Joan.Valer. *de different. inter utrumque forum,verb. jurisdictio, differ.11.n.3.* Filliuc.*tom.1.tract.8. n.131.* Paul.Layman. *lib.1.tract.1.c.23.n.31. vers. sin verò hæc responsio*, & non tenetur pro lucro Indulgentiæ adimplere in propria forma opus communiter injunctum, sed potest secum dispensare,& in aliud opus pium commutare, Fr. Emman.Benzon.& Fabric. *dd. locis*, Gregor.Polanchis *in Bull.Urban.VIII.sect.41.n.9.*Lavor. *de Jubil. part.2. c.14.n.3.* optimè Boët.Epo *d.tract. de jure Jubil. & Indulgent.à n.191.cum seqq.* ex ea ratione, quia quemadmodum(loquendo de Pontifice) sese potest,& quidem debet,si saluti suæ consulere voluerit,subjicere Confessario cuipiam tanquam privatus peccator, ita nihil est causæ cur Indulgentiarum jam omnibus per ipsum patefactarum non possit ipse tanquam privatus fieri particeps,quandoquidem non est in hoc opus alia jurisdictione,quàm in aperiendo Thesaurum hunc Ecclesiæ; concedendoque,seu dispensando,seu distribuendo quibuslibet hoc beneficio uti volentibus,quod consequantur, dum faciant,& impleat præscripta per litteras Indulgentiales: neque enim requiritur ad Indulgentias habendas alia sententia, seu peculiaris absolutio, sive per manuum impositionem, sive per aliam aliquam solemnem declarationem, sed instar legis, vel privilegii potius habet sese Indulgentiarum datio,quo fit ut non minus ipsi danti, quàm subditis ex æquo serviat.

ALLEGATIO LXXXIX.

Episcopus an possit aliquos eximere à sua potestate.

SUMMARIUM.

1 *Episcopum posse eximere à sua potestate, qui teneant; referuntur.*
2 *Episcopus non potest in totum à sua potestate eximere.*
3 *Exemptio Ecclesiarum pleno jure à potestate Episcoporum concedi non potest ab Episcopis, & Prælatis inferioribus, sed solùm à Romano Pont.*
4 *Pleno jure dicuntur Ecclesiæ ad aliquem pertinere; quando utroque jure eidem subjectæ sunt.*
5 *Sententiæ suprà relatæ ad concordiam reducuntur.*
6 *Exempti exemptione data ab Episcopo, ad jus reverentiale illi tenentur, secus si Pontifex exemerit ab Ordinario.*
7 *Eximi,& ad Religiosos transferri potest Ecclesia à potestate Episcopi per præscriptionem.*
8 Cap. cùm non liceat,de præscript. *declaratur.*
9 Cap.cùm venerabilis,de censibus, *declaratur.*

10 *Exem*

10 *Exemptiones à se concessas non potest Episcopus revocare in illis casibus, in quibus valet subditos à sua jurisdictione eximere.*

11 *Privilegii à se concessi revocatio de plenitudine potestatis solius Principis est.*

1 EPiscopum posse eximere à sua potestate tenuit gloss. *in summa*, 25. *quæst.* 2. & latè tuentur Calderin. *cons.*5. *de rebus Ecclesiæ non alienandis*, Oldrad. *cons.* 172. *col.*3. *n.*8. *& cons.*254. *col.*2. Dec. *cons.*152. *n.*3. *vers. non obstat ergo, & in c. cùm & plantare, §. in Ecclesiis, n.*13. *cum seq. de privilegiis*, interveniente scilicet consensu Capituli collegialiter, & legitimè congregati, ut addit Rot. coram Card. Cavaler. impressa per Farin. *decis.*377. *n.*3. *p.*2. *recent.* Quæ quidem principalis resolutio hæc potissimùm ratione nititur, quod præscriptione, ac sententia Episcopali Juri præjudicetur, ac adversùs illud his titulis exemptio acquiratur, *cap. auditis, de præscript. c. cum inter, de re judicata*, & ita retento semper jure obedientiali videtur permissum Episcopo eximere in sui præjudicium, ut docet gloss. *verb. traditæ, in cap. visis litteris*, 16. *q.*2. modò accedat consensus Capituli, Rot. *decis.*383. *n.*3. *p.*2. *recent.* cujus meminit Lotter. *de re benef. lib.*1. *q.*23. *n.*32. quò accedente, posse Episcopum etiam in præjudicium successorum eximere aliquam Ecclesiam ab omni jurisdictione, & conferre jurisdictionem in aliena ejusdem Ecclesiæ Prælatura, tradidit Calder. *d. cons.*5. per totum, qui sub *n.*1. videtur firmare hoc casu tractari de levi præjudicio Episcopi, quin nihilominus apud eum remaneat omnis potestas, & jurisdictio Episcopalis in Ecclesiis & personis suæ civitatis, & diœcesis, sequitur Dec. *cons.*152. *sub n.*3. *vers. non obstat*, & cum hac eadem jurisdictione videtur transire Rot. *dec.*447. *n.*1. *p.*1. *recent. & dec.*382. *sub n.*3. *p.*2. *etiam recent.*

2 Non posse tamen in totum eximere tenet gloss. *verb. à quocunque, in cap. constitutus, de relig. dom. gloss. pen. in cap. pastoralis, de donat.* gloss. *in c.*1. *in princip. de privileg. lib. sexto*, ubi Franch. *n.*4. *vers. in gloss.*2. plures refert, & sequitur Rendina *in promptuario recept. sent. tit.*38. *num.*9. Gambar. *de officio & potest. Legati de Latere, lib.*2. *tit. de variis Ordinariorum nominib. n.* 180. Abb. *in cap. cum venerabilis, num.*4. *de censib.* Sbroz. *de officio Vicarii lib.*1. *quæs.*51. *n.*2. Mandos. *de Signatura Gratiæ, §. Exemptiones ab Episcopis, col.*1. *vers. eximere propriè*, Erasm. à Cochier *de jurisd. Ordinarii in exemptos, part.*1. *quæst.*3. *num.*134. latè & eleganter Lotter. *in tract. de re benef. lib.*1. *quæst.*13. *à num.*54. Ratio est, quia jurisdictio, totumque ipsum jus Episcopale pertinet ad Ecclesiam; non autem ad personam Episcopi, proindeque neque ipse potest dare, vel remittere id, quod suum non est, Joan. Andr. *in d. cap. cùm venerabilis, sub n.*7. *vers. item absurdum est, de censibus*, & cùm jurisdictiones sint Juris publici; Bald. *in cap. unic. §. ex eadem lege, n.*2. *de leg. Conrad.* in usibus feudorum; impossibile est ut hæc facultas sit in alio, quàm in Papa, ita ut neque ejus Legato de latere id permittatur, ut docuit Abb. *in cap. ult. n.*1. *de confirmat. utili*, quem referunt, & sequuntur Gamb. *de officio Legati, lib.*2. *in princ. n.*80. & Lotter. *d. quæst.*23. *num.*37. Unde hinc etiam tenuerunt Domin. *in c.*1. *num.*5. *vers. & procedunt prædicta, de Capellis monachor. lib.*6. atque etiam Federic. de Senis *cons.*247. & alii, quos refert Dec. *d. cons.*152. *num.*1. quibus addo Fusch. *de visit. lib.*2. *c.*20.

3 *num.*5. † exemptionem pleno jure Ecclesiarum à potestate Episcoporum concedi non posse Religiosis ab Episcopis, & Prælatis inferioribus, sed solùm à Romano Pontifice: quia inquiunt, non posse Episcopos totam suam jurisdictionem in aliquam Ecclesiam, & visitationem ac reliqua omnia pastoralia jura ab se abdicare, ex ratione text. *in cap. cùm venerabilis, de censibus.* Advertit ex Jacob. de Graffiis *in decis. aur. p.*2. *lib.* 3. *cap.*18. *num.*66. novissimè Stephan. Dalvin. *de potestate Episcopor. p.*21. *n.*28. Episcopum posse concedere alicui Abbati Ecclesiam aliquam pleno jure, & tamen per talem exemptionem non abdicare à se de facto, immò nec abdicare posse omnem jurisdictionem, quam habet in illa; etiamsi accesserit sui Capituli consensus, idque quoad octo, Visitationem, Correctionem, Procurationem, Cathedraticum, Charitativum subsidium, Honorem, & reverentiam, Institutionem authorizabilem, quæ nihil aliud est quàm dare curam animarum, Administrationem denique Ordinis Episcopalis: excipit tamen cum eodem Jacob. de Graffiis *ubi sup. num.*68. in aliquibus casibus. Primò si Episcopus eximit, & concedit plenum jus, & confirmatur exemptio talis per summum Pont. aliàs non. Secundò si exemptio plena transierit in rem judicatam aliquando, & à sententia lata non fuerit appellatum. Tertiò si accesserit Abbatis legitima præscriptio plenæ exemptionis quadraginta, vel quasi quadraginta annorum.

4 † Pleno Jure dicuntur Ecclesiæ ad aliquem pertinere, quando utroque jure, id est, in spiritualibus, & temporalibus eidem subjectæ sunt, *c. quoniam* 21. *de privileg. gloss. in d. §. in Ecclesiis*, ubi Anton. *n.*26. Card. *n.*1. Dec. *n.*12. *&* 16. Rebuff. *in concord. tit. forma mandati, verb. plenum*, Card. Tusch. *pract. concl. tom.*6. *litt. P, concl.*364. *n.*3. Sayr. *de censur. lib.*1. *c.*6. *n.*12. Steph. Dalvin. *d. c.*21. *num.*5.

5 Verùm prædictæ pugnantes sententiæ ad concordiam reduci possunt in hunc modum, ut scilicet prior affirmativa procedat Episcopo hujusmodi exceptionem cum Capitulo & justa causa concedente, posterior verò his non intervenientibus, juxta regulam text. *in cap. sine exceptione*, 12. *q.*2. *& in c. nulli, & per totum, de rebus Ecclesiæ non alien.* & quæ latè ultra Ordinarios ibi explicant Rebuff. *in compendio alienationum, n.*9. *&* 11. *cum seqq.* Covarr. *lib.*2. *var. c.*17. *à princ.* Molin. *de justit. tract.*1. *disp.*465. *&* 468. & magis in terminis argum. text. *in cap. Pastoralis, de donat.* post Abb. notat idem Rebuff. *in tract. de congrua portion. n.*38. Roch. *de jurepatron. verb. pro eo quod de diœcesanis, n.*10. Lambert. *eodem tract. art.*8. *primæ quæstionis principalis*, 2. *p. lib.* 11. *n.* 32. Et sic † exempti exemptione data ab

6 Episcopo, ad jus reverentiale illi tenentur, secus si Pontifex exemerit ab Ordinario, quia tunc quoque à reverentiali jure exemptio concessa esse censetur. Ita Put. *dec.*115. *p.*3. quem referunt, & sequuntur Fusch. *d. c.*20. *n.*22. Cochier *de jurisdict. Ordinarii in exemptos, p.*4. *q.*34. Quintil. Mandos. *in tract. de signatura gratiæ, verbo Exemptionis ab Episcopis, vers. an autem exemptio*; Fr. Emman. *qq. Regul. tom.*2. *q.*63. *art.*9. Ascan. Tambur. *de jure Abbat. & Prælatorum, tam regularium, quàm sæcularium Episcopis inferiorum, tomo* 1. *disput.*16. *quæstione* 7. *in fine*, & sic intelligendus Flamin. *de resignat. in* 3. *q.*11. *n.*4. Stephan. Dalvin. *de potest. Episcop. cap.*21. *num.* 29. ubi quod potest quis Jura Episcopalia plenè, & universaliter præscibere contra Episcopum in Ecclesia alioqui Episcopo subjecta: & latiùs infrà *al. leg.*127.

7 A potestate Episcopi potest etiam Ecclesia eximi, & ad Religiosos transferri per præscriptionem, ut probant text. *in c. cùm olim, vers. quia, & in c. auditis*, cum multis aliis, *de præscript. & in c. cùm olim*, 14. *ad finem, vers. quia verò, de privil. & in c. cùm personæ, vers. si autem, eod. tit. lib.*6. quibus locis ita observant DD. communiter, & latè Balb. *de præscript. p.*1. 5. *principalis, q.*11. *à n.*3. Cochier. *de jurisdict. Ordinarii in exemptos, p.*1. *q.*3. *n.*7.

8 Non obstat text. *in d. c. cùm non liceat*, omissis enim aliorum intellectibus, de quibus Paris. *ibi*, *n.*42. facilè respondetur text. illum solùm negare præscriptionem per quam omninò extinguitur obedientia Episcopo à subditis debita, non autem eam per quam talis obedientia aliis acquiritur; hanc enim expressè admittit

text.

text. *in d. c. cùm olim*, cum similibus de quibus Bald. *ibi sup. q.* 12. & in præscriptione probat text. *in d. cap. cùm ex officii, de præscript.* & ultra Bald. *d. loco, q.* 16. notat Bernard. Diaz *reg.* 604. *limit.* 3. Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 5. *lit. L, concl.* 241. *& litt. O, concl.* 5.

Minùs obstat *d. c. cùm venerabilis*, non enim potestatis quæstio ibi erat, sed voluntatis, de quibus scilicet juribus Episcopus fecit remissionem; & ideo in summario habetur, quòd remittens servitia, non intelligitur procurationem ratione visitationis remisisse, & ultra ordinarios ibi notat Felin. *in d. c. cùm officii, n.* 18. *vers. & nota.*

9

10 Quæret aliquis an in illis casibus, in quibus Episcopus potest subditos à sua jurisdictione eximere, possit exemptiones à se concessas revocare? In qua quæstione habetur communiter, quòd revocare non potest, Franc. *in c. decet, n.* 4. *vers. quid autem sit, de reg. juris, in* 6. Restaur. *in tr. de Imperat. q.* 114. *n.* 4. Felin. *in c. novit, n.* 11. *de jud.* Abb. *in c. & si clerici, §. de adulteriis, col.* 4. *eod. tit.* per Glos. *in c. cùm ex eo, verb. septennio*, ubi Joan. Andr. *de elect. in* 6. addit. *ad Rom.* post Oldrad. *cons.* 201. præcipuè cum exemptio plenè suum sortita fuit effectum, seu cùm res integra esse desiit; tunc enim regulariter pœnitentiæ locus esse non solet, *c. quod semel, de reg. juris in* 6. Restaur. *d. n.* 14. me citato *in hoc loco*, Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatum, & Prælatorum, tam Regularium, quàm secularium Episcopis inferiorum, to.* 1. *disp.* 16. *q.* 10. *in fine*, nam † est de plenitudine potestatis solius Principis revocatio privilegii à se concessi, ut post multos notavit Bald. *l.* 2. *col.* 8. *C. de servit. & aqua*, & Felin. *in d. c. novit, n.* 11. *& seqq.*

ALLEGATIO XC.

Episcopus an possit licentiam concedere legendi libros prohibitos, & imprimendos approbare.

SUMMARIUM.

1 *Librorum sana doctrina ad virtutem homines trahit & à vitiis abducit.*

2 *Libri improbi, religionique noxii sunt apti ad dissensiones & tumultus excitandos.*

3 *Hæreticorum librorum perversa dogmata melius est ignorare, quàm per experientiam in aliquem laqueum erroris incurrere.*

4 *Hæreticorum libri tanquam aspidum ova sunt fugiendi.*

5 *Libros prohibitos habentes non satisfacium illos comburendo, sed necessariò eos deferre debent Superiori.*

6 *Reverendissimus Sacri Palatii Magister viris doctrina, ac morum honestate pollentibus dare solet in Romana Curia licentiam legendi libros prohibitos.*

7 *Episcopi locorum Ordinarii hodie non possunt dare licentiam legendi libros prohibitos, cùm hoc tantùm tribuatur Illustr. Cardinalibus Inquis. in plena Congreg.*

8 *Inquisitores ipsi non possunt libros damnatos legere, nisi eis ab Apost. Sede, vel per Sacram Cong. Inquisitionis fiat facultas.*

9 *Libri in Urbe imprimi non possunt absque examine, & approbatione in scriptis Vicarii, & Palatii Apostol. magni Magistri.*

10 *Episcopi, & Inquisitoris heretica pravitatis examen, & approbatio librorum imprimendorum extra Urbem requiritur.*

11 *Pœna imposita contra imprimentes libros absque requisita licentia, quæ sit, ostenditur.*

12 *Libros vendere, aut apud se retinere sub excommunicationis, & pecuniæ pœnis, nullus valet, nisi primùm approbati & examinati fuerint ab Ordinario.*

13 *Excommunicatio imposita à Concilio contra vendentes, aut apud se retinentes libros sine Episcopi licentia, illi est reservata, nisi tales libri essent hæreticorum.*

14 *Regulares volentes libros imprimere, ultra Episcopi, & Inquisitoris examinationem, & approbationem, licentiam quoque à suis Superioribus impetrare tenentur.*

INTER salubres admonitiones, quas Imperator Basilius filio suo Leoni dedit, sequens circa librorum lectionem non est contemnenda. *Per historias veteres ire ne recuses, ibi reperies sine labore, quæ alii cum labore collegerunt, atque illinc hauries & bonorum virtutes, & improborum vitia, vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea conversiones, mundi hujus instabilitatem, & multorum præcipites casus, & ut verbo complectar, malorum facinorum pœnas & bonorum præmia, quorum illa fugies, ne in divinæ justitiæ manus incidas: hæc amplecteris, ut præmiis, quæ illa consequuntur, potiaris.* Ex qua admonitione colliges quantum sana librorum doctrina ad virtutem homines trahit, & à vitiis abducit, sicut è contra prava eorum lectio legentium aures corrumpit; hæc penitus respuenda, quæ plus est nocitura insipientibus, quàm profutura sapientibus, ut dicit Sulpit. *in dialog.* 1. §. 1. & Ulpian. *in l.* 4. §. *tantundem, ff. familiæ ercisc.* apertissimis verbis asserit libros improbatæ lectionis protinus esse corrumpendos, ibique eos assimilat malis medicamentis, pro quibus Judex officium suum interponere debet. 1

Rempubl. si expedit malis hominibus expurgari, ut illa pace, & tranquillitate lætetur, *l. congruit, ff. de officio Præsidis*, eo magis expurgari improbis libris, religionique noxiis, qui sunt magis apti ad dissensiones, & tumultus excitandos. Hinc Plato *lib.* 7. *de legibus*, Pœtarum libros, qui de Diis suis parum religiosè loqui videbantur, repudiandos, & extirpandos censuit. Et Valer. Max. *lib.* 1. *c.* 1. scribit, quod cùm Romæ reperti fuissent libri qui nonnihil videbantur solvere religionem, Prætor Urbanus ex auctoritate Senatus in conspectu populi cremavit. Et Tullius *lib.* 1. *de natura Deorum*, refert Prothagoram Abderitem, quòd libros noxios religioni scripsisset, Atheniensium jussu Urbe atque agro exterminatum, librosque ejus in concione combustos. 2

Si Ethnici suæ falsæ religionis amatores, quicquid illi obnoxium scriptum reperiebant, igne concremabant, radicitùsque evellebant, quantò fortius nos, qui Christianam, Catholicam, & veram religionem amplexi sumus, hæreticorum libros, qui illam evertere impiè student, prorsus supprimere, & abolere debemus, non solùm propter falsam doctrinam, quæ in eis continetur, sed etiam ne remaneant facinorosæ perversitatis vestigia, sed flammis combusta depereant; *leg. damnato, §. nec verò, C. de hæret. l. quicumque, §. omnes verò, C. eodem tit.* & de hæreticorum libris scribens S. Isidor. *in reg. c.* 8. asserit melius esse eorum perversa dogmata ignorare, quàm per experientiam in aliquem laqueum erroris incurrere, & † perdendos esse hæreticorum libros tanquam aspidum ova scribit S. Greg. Nazianz. *oratione* 2. *de fide*, quia ut ille inquit, *nata sunt ad aspides, & basiliscos procreandos.* Quare Concil. Trid. *sess.* 3. indicem librorum fieri jussit, ut omnes scirent, qui libri cavendi essent, & qui tractandi. Omnes enim sive falsam, vel erroneam contineant doctrinam adversus Religionem, & Catholicam Fidem, sive contra bonos mores, abolendi penitus sunt; nam istos etiam è 3 4

Republica esse eliminandos docet Arist. *lib. 7. Politic. c. ult.* Unde idem *in Poet. lib.* 1. tacitè reprehendit Hermogenem, & Nicocharem, propterea quod hominum corruptos mores carmine expressissent. Postea Concil. Trid. Patres in indice librorum prohibitorum summa prudentia, & maturitate ita statuerunt: *Libri, qui res lascivas, & obscœnas ex professo tractant, narrant, aut docent, cum non solùm Fidei, sed etiam morum, qui hujusmodi lectione corrumpi solent, ratio habenda sit, omninò prohibentur, & eos qui habuerint, severè ab Episcopis puniantur. Antiqui verò ab Ethnicis conscripti propter sermonis elegantiam, & proprietatem permittantur, nulla tamen ratione pueris prælegendi sunt, &c.* Concilii III. Toletani in Hispania Episcopi Catholici duodecimo Leovigildi Regis anno libellum à Gothis Arrianis editum detestabantur, ut refert Joan. Filesacus *de sacra Episc. auctoritate, c.* 1. §. 7. *vers. Eutychetis*, ubi ex Severo Sulpitio *dial.* 1. *c.* 2. ait Episcopos frequentibus decrevisse Synodis, ne quis Origenis libros legeret, aut haberet, probatque à principio illius §. librorum improbatæ lectionis, & qui sævum aliquod dogma contineant, ut loquuntur Imperatores, damnandorum jus ad Episcopos semper spectasse.

5 Prohibitos libros habentes non satisfaciunt illos comburendo, sed necessariò eos deferre debent Inquisitoribus, ut resolvunt Pesia *in add. ad Eymeric. p.* 2. *tom.* 3. *vers. propterea*, Martin. Delr. *disquisit. magic. lib.* 5. *sect.* 27. *vers. sunt autem tales libri*, Sanch. *in præcepta Decalog. lib.* 2. *c.* 10. *num.* 56. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 16. *q.* 11. Ricc. *decis.* 253. *n.* 4. & *dec.* 260. *num.* 7. *p.* 4. Farin. *de hæresi, q.* 480. *n.* 40. Sousa *in Bullam Cœnæ, c.* 2. *disp.* 15. *concl.* 3. *num.* 4. Duard. *in eandem Bullam lib.* 2. *cap.* 1. *q.* 52. *n.* 1. Homobon. *de examin. Eccles. p.* 2. *tr.* 11. *c.* 7. *q.* 15. *res.* 2. me citato *in hoc loco*, Diana *moral. resp. p.* 1. *tr.* 11. *res.* 37. Quicquid contrarium sentire videantur Zanch. *de hæret. c.* 7. *sub n.* 1. Vel † licentiam legendi obtinere, quam in hac Romana Curia concedere consuevit Reverendiss. Sacri Palatii Magister, qui eam nonnisi Viris doctrinæ, ac morum honestate pollentibus dare solet. Verùm pro habitantibus extra Curiam, quicquid antiquitus esset constitutum, negotium hodie est absolutum ex Constitutione Pii IV. quæ incip. *Cum inter crimina*, per quam hujusmodi facultas tribuitur tantum Illustriss. Cardinalibus Inquisitoribus in plena Congregatione. Sed hodie strictiùs hoc procedit, quascunque enim licentias legendi & habendi libros prohibitos revocavit Urban. VIII. *in sua Constit.* incip. *Apostolatus officium, sub Dat. Romæ* 1. *Aprilis* 1632. ibi, *Motu proprio, &c. omnes & singulas licentias legendi, & habendi libros quoscunque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, seu per Constitutiones Apost. etiam ratione Astrologiæ judiciariæ, vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuscunque personis laicis & Ecclesiasticis, tam secularibus, quàm Regularibus cujuscunque Ordinis, Societ. & instituti existentibus, ac quacunque Dignitate etiam Ecclesiastica fulgentibus, cujuscunque status, gradus, conditionis, qualitatis, & præeminentiæ, etiam speciali nota & mentione dignis, ac per litteras Apost. ad tempus, seu ad vitam, & aliter quomodocunque, & ex quacunque causa, tam in forma Brevis, quàm aliter quomodocunque à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu à quibuscunque aliis à Nobis, vel ab eis facultatem, & auctoritatem habentibus, non tamen à nobismetipsis per litteras Apost. etiam in forma Brevis, seu chirographum manu nostra signatum concessas, earum tenores præsentibus pro expressis, & insertis habentes, hac nostra perpetuò valitura Constitutione revocamus, cassamus, & annullamus*, &c. refert novissimè Lauret. de Franchis *in controvers. inter Episcopum, & Regulares, pag.* 298. *cum seqq.*

7 Unde Episcopos loci Ordinarios hodie non posse secum dispensare circa lectionem librorum prohibitorum, nec dare licentiam legendi libros prohibitos, resolvunt Petr. Binsfel. *in l. culpa, C. de malefic. & mathem. vers. nec etiam Episcopi*, Navar. *cons.* 1. *q.* 36. *sub tit. de constitution.* Martin. Delr. *d. sect.* 17. *versic. solis Pontificalibus*, Azor. *d. c.* 16. *q.* 7. Sanch. *d. c.* 10. *n.* 43. novissimè me citato *in hoc loco*, Alzedo *de præcellent. Episc. dig. p.* 2. *c.* 6. *n.* 75.

Immò nec ipsi Inquisitores possunt libros damnatos legere, nisi eis ab Apostolica Sede, seu per Sacram Congregationem Inquisitionis fiat facultas, stante Constitut. Julii III. incip. *Cum meditatio cordis*, quæ expressè revocat omnes, & quascunque facultates legendi libros damnatos, concessas quibuscunque personis cujuscunque status, ordinis, & conditionis, etiamsi Episcopali, vel Archiepiscopali, vel alia majori dignitate Ecclesiastica, seu seculari præeminentia fulgeant, cum qua concordat *Constit.* 49. Pauli IV. quæ incip. *Quia in futurorum eventibus*, & alia ejusdem *Const.* 119. quæ incip. *Cum pro munere quod sustinemus*. Novissimè S. D. N. Urb. VIII. per suas litteras in forma Brevis, incip. Apostolatus officiũ, sub Dat. Romæ apud S. Petrum, 2. Aprilis 1631. *Motu proprio, & ex certa scientia revocat, cassat & annullat omnes & singulas licentias legendi, & habendi libros quoscunque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, seu per Constitutiones Apost. etiam ratione Astrologiæ judiciariæ, vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuscunque personis laicis, & Ecclesiasticis, tam secularibus, quàm Regularibus, cujuscunque Ordinis, Societatis, & instituti existentibus, ac quacunque dignitate etiam Ecclesiastica fulgentibus, cujuscunque status, gradus, conditionis, qualitatis, & præeminentiæ, etiam speciali nota, & mentione dignis, ac per litteras Apostol. ad tempus, vel ad vitam, & aliter quomodocunque à Romanis Pontificibus, non verò à memetipso concessas, &c.* & Urban. VIII. de quo suprà. Ità Suar. *de Fide disp.* 20. *sect.* 2. *num.* 28. Sanch. *in præcepta Decal. lib.* 2. *c.* 10. *num.* 46. Anton. Ricciul. *de jure person. lib.* 5. *cap.* 25. *n.* 4. Quicquid contradicant Farin. *de hæresi quæst.* 180. *n.* 43. Bonac. *in Bull. Cœnæ, tom.* 5. *disput.* 1. *q.* 2. *punct.* 4. *num.* 10. Diana *p.* 4. *tract.* 8. *res.* 46.

Episcopi absque Inquisitore possunt cognoscere, decidere, & terminare causas illorum, apud quos reperiuntur libri prohibiti non sapientes manifestam hæresim, *c. accusatus, de hæret.* Eymer. *in direct. Inquis. q.* 42. *n.* 1. Lauret. de Franchis *ubi suprà, pag.* 298. *vers. ad* 8. & censuit *Sacra Congreg. S. Rom. generalis & universalis Inquisitionis, sub die* 2. *Decembris* 1612.

9 Ne libri imprimerentur aliquid continentes religioni, aut bonis moribus contrarium, prohibet Summus Pont. Leo X. *Constit.* 12. incip. *inter solicitudines, de anno* 1515. easque in Urbe imprimi vetat absque examine, & approbatione in scriptis sui Vicarii, & Sacri Palatii Apostolici Magistri, §. 1. & 2. Et in aliis diœcesibus Episcopi, & Inquisitoris hæreticæ pravitatis, *d.* §. 2. † Contrarium præsumentes libros amittunt, 10 publicè libri comburuntur, ducatos centum fabricæ S. Petri de Urbe † persolvunt, per annum ab exercitio 11 imprimendi suspenduntur, & excommunicationis sententiam incurrunt, §. 3. & crescente eorum contumacia, supradicti Papæ Vicarius in Urbe, & Episcopi alibi pœnas augeant, §. 4.

Extat decretum Concilii Lateranensis sub eodem Leone X. *sess.* 10. his verbis: *Statuimus, & ordinamus quod de cætero perpetuis futuris temporibus nullus librum aliquem, seu aliam quamcunque scripturam, tam in Urbe nostra, quàm aliis quibusvis civitatibus, & diœcesibus imprimere, seu imprimi facere præsumat, nisi priùs in Urbe per Vicarium nostrum, & sacri Palatii magistrum, in aliis verò civitatibus, & diœcesibus per Episcopum vel alium habentem peritiam scientiæ libri, seu scripturæ hujusmodi imprimendæ, ab eodem Episcopo ad id deputandum, ac Inquisitorem hæreticæ pravitatis civitatis, seu diœcesis, in quibus librorum impressio hujusmodi fieret, diligenter,*

diligenter examinentur, & per eorum manu propria subscriptionem sub excommunicationis sententia gratis, & sine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem secus præsumpserint, ultra librorum impressorum amissionem, & illorum publicam combustionem, & pœnam pecuniariam, & anno continuo ab exercitio Impressionis suspensionem, excommunicationis sententia innodati existant. Idem ferè habetur in indice librorum prohibitorum, *reg.* 10. ubi decretum præfatum Concilii Lateranensis confirmatum, seu innovatum fuit.

12 Postea Concil. Trid. *d. sess.* 4. *in Decreto de editione, & usu sacrorum librorum*, sub prædictis anathematis, & pecuniæ pœnis decrevit, ne aliquis in futurum vendere, aut etiam apud se retinere libros valeat, nisi primùm examinati, probatique fuerint ab Ordinario, & maximè si de rebus sacris tractent. Pro intellectu, & totius materiæ cognitione vide Castr. *lib.* 1. *de potest. legis pœnalis, c.* 8. *vers. est etiam quædam lex*, Covar. *lib.* 4. *var. c.* 17. *n.* 1. *vers. at hisce calamitatis temporibus*, Felician. *de censur. tit. de excommunicatione* 24. *vers. qui librum*, Andr. Gambar. *de officio Legati de latere lib.* 2. *n.* 430. Fusc. *de Visit. lib.* 2. *c.* 31. *n.* 9. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 17. *quæst.* 1. Campan. *in diversorio Juris Canon. rubr.* 12. *c.* 13. *n.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 19. *c.* 13. *sect.* 4. *n.* 256. Cened. *ad Decretal. collect.* 8. *num.* 7. Cherubin. post hæc scripta visus, *in compendio Bullarii, in scholiis ad prædictam Leonis Decimi Constitutionem*, Piasec. *in praxi nova Episcop. p.* 2. *c.* 3. *num.* 41. *vers. & primò.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiast. tract.* 7. *c.* 2. *quæs.* 9. *in princ.* me citato *in hoc loco*, Alzed. *d. p.* 2. *c.* 6. *n.* 76. latè Bonacin. *de censur. extra Bullam, disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 16. Alter. *in expos. Bullæ, lib.* 5. *disp.* 2. *c.* 8. *q.* 2. † Quæ quidem licentia in scriptis est habenda, ut *in d. constit.* & in Concilio Trid. *locis proximè citatis.* Excommunicatio verò supradicta est reservata Episcopo, nisi tales libri essent hæreticorum, quia tunc Summo Pontifici reservaretur: ita ex Catech. Neapol. resolvit Jacob. de Graffiis *in dec. aureis, p.* 1. *lib.* 4. *c.* 24. *n.* 9.

13 Subjicit Concilium Tridentin. *loco licato*, quod si volentes imprimere Regulares fuerint, ultra prædictam examinationem, & approbationem, licentiam quoque à suis Superioribus impetrare tenentur, recognitis per eos libris juxta formam suarum ordinationum. Sub qua Concilij decisione continentur lectiones, annotationes, disputationes, conciones, & alia similia; necnon tractatus permanentes, tum ad devotionem, tum ad quietationem conscientiarum, stimulationes Fratrum, & cætera hujusmodi; quæ sibi invicem communicant Fratres, modò communicent ad effectum imprimendi; ut declaravit *Sacr. Congreg.* prout referunt Capucin. *in compendio privilegiorum Mendicantium, verb. imprimere*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 104. *art.* 1. *in fin.* Galet. *in margarita casuum conscient. verb. legere*, Cherub. *loco supra citato*, & ex hoc loco post primam impressionem, me non citato plura mutuatus est Aloys. Ric. *Neapol. dec.* 260. *n.* 6. *p.* 4. Novar. *in sum. Bullarii, tit. de librorum impressione, n.* 2. me citato *in hoc loco*, alter Novar. frater *in Lucerna Religiosorum, verb. impressio librorum, à princ.*

15 Unde Suar. *de censur. disp.* 23. *sect.* 7. *n.* 2. Azor. *d. q.* 2. Alter. *d. c.* 8. *q.* 2. Filliuc. *tr.* 14. *c.* 6. *q.* 6. *n.* 83. resolvunt, si manuscripta, quæ aliis communicantur, tractant de rebus sacris, incurri excõmunicationem Conc. Trid. *d. sess.* 4. *ad fin.* Subdit verò Bonac. *d. disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 16. *n.* 12. *vers. hoc tamen*, hoc debere intelligi modò hujusmodi manuscripta dici possint liber; quia in Tridentino mentio fit de libris, ex quo sequitur, ait Bonacin. communicantem alteri contiones, scripta Theologica, privatas orationes, prælectiones, annotationes, observationes de rebus sacris non examinatas, & approbatas juxta supra scriptam solemnitatem, non incidere in excommunicationem, quia Concil. loquitur de libris, qui scribuntur, vel eduntur ut aliis communicentur, & divulgentur, hujusmodi autem manuscripta non fuerunt scripta ut divulgentur per modum librorum, sed ad privatum usum, & commodum. Ita Suar. *loc. cit. num.* 3. Azor. *q.* 4. Filliuc. *loc. cit. n.* 93. & Alter. *d. q.* 6.

16 Verùm in edendis conclusionibus, informationibus, poëmatibus, aut orationibus in alicujus laudem compositis, quamvis non fiant in modum libri, servanda est prædicta solemnitas, juxta dispositionem dicti Concilii Lateran. ibi, *quicunque liber, aut quæcunque alia scriptura*, & juxta *d. reg.* 10. *Indicis*, ibi, *in librorum, aliarumve scripturarum impressione*, &c. Azor. *d. q.* 2. Alter. *d. q.* 1. Filliuc. *q.* 6. *num.* 83. Bonacin. *d. punct.* 16. *n.* 11. ubi ait Mediolani usu receptum esse, ut consultationes, & aliæ scripturæ, quibus litigantes in foro contentioso utuntur, absque prævio Superiorum examine & approbatione imprimantur, quam consuetudinem receptam videri asserit scientibus, & fortè annuentibus locorum Ordinariis, & Inquisitoribus, quia non vacat tempus ad hæc omnia examinanda, & periculum sæpe est in mora, ex qua litigantes non leve damnum paterentur: idem vidi observari in Curia Matritensi, dum ibi nonnullas informationes Juris typis darem.

ALLEGATIO XCI.

Episcopus circa Medicos quam habeat auctoritatem.

SUMMARIUM.

1 *Medici quoties ad gradus Doctoratus sunt promovendi, ultra Fidei professionem sunt obligati jurare in manibus Episcopi, vel Rectoris observare statutum factum per Pium V.*

2 *Medici ultra tertium diem ægrotum non visitent, nisi per Confessarii scriptum ipsis de infirmi Confessione fides fiat.*

3 *Medici non servantes Innoc. III. & Pii V. constitutiones, quas pœnas incurrant ostenditur.*

4 *Constitutiones Innoc. III. & Pii V. quibus habetur, ut cùm Medici infirmum visitant, eum faciant confiteri, intelliguntur de quacunque infirmitate, quæ ex se lectum petat.*

5 *Medici an sint nobiles, ostenditur*, & n. 6.

7 L. ult. ff. de jure immun. *declaratur.*

8 *Medicus Regis magnam consequitur dignitatem.*

9 D. Anton. Barbosa, *parentis Auctoris avunculus magnus*, & D. Balthas. Dazared, *ejus concivis, Regni Portugaliæ Protomedici laudantur.*

10 *Medicinæ præstantia, atque dignitas è Sacris litteris colligitur.*

11 *Christus Dominus Salvator noster à Sacris Scriptoribus medicus sæpe solet appellari.*

12 *Medici tanquam Dei ministri accersendi, & ad eos divino primùm freti auxilio confugere debemus.*

13 *Asa Rex, quoniam se totum humanis applicuit remediis, nulla Dei habita cognitione, mortuus est.*

14 *Christus Dominus cur lutum posuit oculis cæci, cùm eum sanavit, ostenditur.*

15 *Parochi sicut ad animas curandas fuerunt instituti, ut illarum saluti invigilent, sic medici ad curanda corpora constituti obstringuntur industria, consilio, & labore morbo laborantibus opem ferre.*

16 *Medici sicut solent ægrotos admonere, ut à noxiis abstineant, ne morbum contrahant, ita opportunè eosdem debent instruere, ut animi morbos, ac vitia*

declinent, ex quibus corporis ægritudines multoties subsequuntur.

1 QUOTIES medici ad gradus Doctoratus sunt promovendi, ultra Fidei professionem per ipsos faciendam, sunt obligati jurare in manibus Episcopi vel Rectoris observare statutum factum per Pium V. Pont. Max. *in sua Const.* incip. *Super Gregem Dominicum. Dat. sub die* 8. *Martii* 1566. *anno primo sui Pontificatus*, in confirmationem antiquæ & salutaris Decretalis Innoc. III. *in Concilio generali incip. Cùm infirmitas, de Pœnit. & remiss.* ut
2 † cùm ad infirmum vocantur, primùm eum moneant, & inducant ad procurandam salutem animæ, vocando medicum spiritualem, hoc addito noviter ipsi Decretali, quod medici ultra tertium diem ægrotum non visitent, nisi per Confessarii scriptum ipsis de infirmi Confessione fides fiat, vel nisi Confessarius ex justa causa longius tempus infirmo concedendum judicet; præcipit igitur Universitatibus, & Collegiis, ut cùm licentiam medendi alicui concesserint, aut ad Doctoris gradum eum promoverint, exigant ab eo juramentum hæc servandi: referunt Quaranta *in summa Bullarii, verb. Medicus*, Navar. *in man. c.*25. *n.*60. *vers. tertiò*, Fusch. *de visitat. lib.*2. *cap.*30. *à n.*5. Cened. *ad Decretal. collect.*107. *n.*6. *& collect.*166. *n.*5. Fr. Ludov. Beja *resp. casuum conscientiæ part.*1. *casu* 11. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ, lib.*2. *tit.*23. *l.*3. *de medicis*, latissime Sanch. *in præcepta Decalogi lib.*3. *c.*16. *num.*2. *cum multis seqq.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, ref.*399. latè Diana *mor. res. p.*3. *tr.*4. *res.*93. ubi *in fine, vers. dico* 5. post Scort. & Sanch. tenet juramentum a medicis præstitum exequendi decreti, solùm intelligi in quantum dicta Constitutio Pii V. usu recepta est, Zambran. *de casibus in art. mortis, cap.*4. *in princ. n.*11.

3 Medici non servantes in visitatione infirmorum ad lectos jacentium prædictas Innoc. III. & Pii V. Constitutiones, sunt arcendi ab ingressu Ecclesiæ, item & perjuri, ac privandi gradu, per *d. Constit. Pii V.* & incurrunt excommunicationem ipso facto per Constitutionem Synodalem Papiæ *cap.* 36. *p.* 3. quam refert Mar. Anton. *var. resol. lib.*1. *resol.*112. aliàs *ult. casu* 39. & per Constit. Synod. Segobien. *lib.*1. *tit.*4. *c.*12. quam refert Aloys. Ricc. *d. resolut.*399. *n.*2. & per Concil. IV. *Brachar. tract.*5. *cap.*31. in hæc verba: *Præcipit sancta Synodus singulis hujus Provinciæ medicis sub excommunicationis pœna, ut quo primùm die ægrotos decumbentes invisent, illos de salutari saltem Confessione facienda admoneant. Alioquin si cum illos revisent, id prætermissum fuisse compererint, denuò admoneant, addita comminatione, qua testentur se amplius non reversuros, nec decumbentium curam habituros, si cum tertiò redierint factam saltem ab ægrotis Confessionem non reperient. Quod nisi re ipsa medici compleant, prædictam excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, & indicta ab Ordinariis mulcta piis usibus applicanda puniantur.*

4 Quidam prædictas Innoc. & Pii V. constitutiones intelligunt de infirmis à morbis vitæ periculum afferentibus, quasi secus sit quando constat morbum periculo carere. Ita Navar. *d. c.*35. *n.*61. Vega *in sum. tom.*2. *c.*35. *casu* 2. Jacob. de Graffiis *in aureis dec. part.*1. *lib.*3. *c.*12. *n.*7. Fr. Emman. *in sum. tom.*1. *c.*246. *in fine, & qq. regul. tom.*1. *q.*47. *art.*3. Scort. *in Bullas Pontif. epit.*84. *theorem.*215. Homob. *de statib. p.*2. *c.*5. Diana *citato loco*, Zambran. *d. c.*4. *in princ. n.*11. Mar. Anton. *d. casu* 30. *vers. cæterùm*, ubi addit tenendum semper pro tutiori via, infirmitatem omnem esse periculosam, si infirmus jaceat in lecto, cùm in temporis momento infirmus repentè infirmitate aggravetur, prout præ oculis quotidie habetur mors. Verùm alii melius prædictas Constit. intelligunt non de solo morbo periculoso, sed de quocunque, qui non ex deliciis, nec ex solo podagræ impedimento, sed ex se lectũ petat. Ita Suar. *tom.*4. *d.*75. *sect.*3. *n.*4. *&* 5. Aloys. Ricc. *d. ref.*399. *n.*2. Sanch. *d. c.*16. *n.*7.

Verùm si æger in probabili mortis periculo cõstituatur, non est deferendus à medico, etiamsi pertinax sit in renuenda Confessione, immò idem dicendum est quoties medici absentia esset graviter ægro nocitura, & quod plus, quando creditur certò monitionem nihil profuturã ob ægri obstinationem, nec medicus tenetur eum admonere, nec eum docere. Ita Sanch. *d. cap.*16. *n.*10. 11. *&* 16. Villalob. *in sum. tom.*1. *tract.*9. *diffic.*27. *n.*5. Diana *d. resol.*93. *vers. tertiò*, ubi *in vers. dico quartò*, subdit non esse necessarium, quod medicus exigat fidem Sacerdotis in scriptis, sed sufficit testimonium illorum, qui ejus curam gerunt, si sint fide digni: & *in vers. dico secundò*, tenet supradictam monitionem satis esse, ut medicus faciat per alium.

Illud hîc non ingratum erit disserere, an medici nobiles sint? Pro parte negativa facit text. *in l. ult. ff. de jure commun.* ubi inter alios vilem, & mechanicam artem exercentes Iureconsultus eos recenset: facit etiam text. *in l. ambitiosa*, ibi, *ob liberalem artem, vel medicinam, ff. de decretis ab ordine faciendis*, cum aliis, quibus probari videtur, medicinam liberalem artem non esse, ut contendit Joan. Garc. *de nobilit. gloss.*48. §.4. *n.*12. junctis multis, quæ in illius utilissimæ, & necessariæ artis invidiam, atque odium scribunt plures citati per Tiraquell. *de nobilit. c.*44. *ferè per totum*, Chassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.*10. *consid.*26. Xamar. *de excellentia legalis scientiæ, ad finem*, & alii disputantes quæst. illam, an Medici Jurisperitis sint præferendi.

6 Verùm, quia sæpiùs bonam eorum operam sum expertus, honore dignos semper profitebor, ut monet Sacra pagina, *honora medicum propter necessitatem*: & quia scio Leges docentibus æquiparari *in l. medicos, C. de professor. & medicis, lib.*10. & optimam rationem colliges ex *l.*1. §. *medicorum, ff. de variis & extraord. cognit.* dum ait eandem esse causam medicorum, & professorũ juris: junctis multis, quæ de ejusdem artis excellentia, & prærogativis latè prosequũtur Tiraq. *d. c.*31. *à n.*339. Pineda *in vita S. Joan. Baptistæ, lib.*2. *art.*3. *c.*3. *pag.*284. Chassan. *d. p.*10. *consid.*43. Unde autem primùm cœperint medici nobilitari, explicat Brisson. *sel. lib.*2. *c.*3.

7 Non obstat *d. l. ultim. ff. de jure immunit.* cum similibus, quia respondetur cum Tiraq. *d. c.*31. *n.*523. distinguendo partes medicinæ: aliæ enim speculativæ sunt, & ex iis artem esse liberalem fateri oportet: alia chirurgia, & hanc illiberalem, seu mechanicam esse fatentur, etiamsi ipsi sint medici, quia scilicet chirurgi manu operantur: quia autem medici olim chirurgiam simul exercebant, ut ex *l. qua actione*, §. *ult. ff. ad legem Aquil.* & pluribus aliis ex Jure nostro, atque bonis auctoribus comprobat Brisson. *d. lib.*2. *c.*4. non immeritò hac ex parte medici inter mechanicam artem exercentes recensentur *in d. l. ult.* quamvis propter alias partes, quæ speculativam respiciunt, inter Philosophos, Rectores, & Grammaticos ponuntur ab Ulpiano *in l. sed &, in princ. ff. de excusat. tut.*

8 Medicus Regis magnam consequitur dignitatem. Chassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.*5. *consider.*24. *versic.*127. *& p.*6. *consider.*12. Tiraquell. *d. c.*30. *n.*11. Boër. *dec.*222. *n.*11. † In nostro igitur Portugaliæ Regno magnis afficitur honoribus, quod satis probat dominus meus Doctor Antonius Barbosa, magnus parentis mei avunculus, qui Protomedicus Portugaliæ extitit, ac intimus infantis Cardinalis Henrici, postea ultimi Lusitaniæ Regis Cubicularius, quem nobilitas luget. Et hac nostra tempestate insignis Doctor Baltasar Dazaredo concivis meus, nunc meritissimus illius Regni Protomedicus, & Conimbricensis Academiæ Medicinæ primarius professor emeritus, vir generosus, & Christi Cruce insignitus, qui Regis nostri Philippi III. munificentia beneficiis auctus, Lusitanicæ gentis decus est, & ornamentum.

De

De medicinæ præstantia, atque dignitate in Sacris litteris præclara testimonia relicta legimus, veluti *in Eccles. cap.* 30. cùm dicitur, *honora medicum propter necessitatem, etenim creavit illum Altissimus*: & deinde *Ex Deo est omnis medela*: & paulò pòst, *Altissimus creavit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam*: & paulò post, *Fili in infirmitate tua da locum medico, etenim illum Dominus creavit, & non discedat à te, quia opera ejus sunt necessaria*: & apud Hierem. *cap.* 8. *Nunquid Regina non est in Galaad? aut medicus non est ibi?* Sed in Evangelio *Matth.* 9. *Marci* 2. *& Luc.* 5. dicitur, *non opus est bene valentibus medico, sed malè habentibus*: & *non egent qui sani*
11 *sunt medico*. Imò † Salvator noster Christus Dominus à sacris scriptoribus medicus sæpè solet appellari, Cyrill. *lib.* 7. *contra Julianum, tom.* 2. S. August. *in Psal.* 58. & 103. S. Ambr. *serm.* 28. *de Quadragesima*. Quapro-
12 pter hujusmodi † medici sunt accersendi tanquam Dei ministri, ad quos divino primùm freti auxilio con-
13 fugere debemus, non sicut † Asa Rex, qui in infirmitate sua non quæsivit Dominum, sed magis in Medicorum arte confisus est, 2. *Paralipom. c.* 16. Hic enim Rex, quoniam abusus est potiùs hoc præsidio, nec ut Dei beneficium agnovit, sed tantum se humanis applicuit remediis, nulla Dei habita cogitatione, Deus illum neglexit, & mortuus est. At verò Naaman Cyrus curatus fuit à lepra lotione aquæ, 4. *Regum* 5. Et Ezechiæ ulcus sanatum est superimposito ficuum cataplasmate, 4. *Regum cap.* 20. Et Divus Joannes Evangelista usus dicitur balneo ablutionis gratia, quod ad sanitatem aliqui referunt, Eusebius *lib.* 4. *cap.* 24. Imò
14 † Christus Dominus *Joan. cap.* 9. lutum imposuit oculis cæci, ut collyrium, & instrumentum sanitatis, quamvis ipse eò non indigeret, qui mirabiliter sanabat, uti tamen voluit, tum ut ait Franciscus Valesius *de Sacra Philosophia, cap.* 39. ad indicandum medicinæ usum, tum ad majorem suæ virtutis declarationem, qui medicamento potius rei naturæ contrario sanitatem inducebat.

15 Sicut Parochi ad animas curandas fuerunt instituti, assiduéque illarum saluti invigilare debent, nec quicquam prætermittere, quo possit illorum incolumitas adjuvari, cùm tamen sciant rectè vivendi, atque in virtutibus proficiendi subsidium, à Dei providentia, ac misericordia in primis pendere. Sic Medicos ad curanda corpora constitutos obstringi quacunque possint industria, ratione, ac etiam consilio morbo laborantibus opem ferre; sibi nihilominus persuadentes, illorum sanitatem, aut interitum à Dei beneplacito pendere; qui dixit per Prophetam suum, *Deuteron.* 32. *Ego occidam, & vivere faciam, ego percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.*

16 Sicut etiam solent Medici verè amantes, & studiosi aliorum sanitatis, eos etiam dum bene valent, admonere ut à nimio Solis æstu, à vino vehementiori, ab acerbioribus pomis; atque eduliis noxiis abstineant, ne morbum contrahant; sic opportunè eosdem debent instruere, ut animi morbos, ac vitia declinent, ex quibus corporis ægritudines multoties subsequuntur, & ex sacro Evangelio *Joan.* 5. dicitur, *Ecce sanus factus es*: ex quo evidens est ob peccata, & Dei offensiones, infirmitates, ac languores quandoque generari, ut exorditur Innoc. *in d. cap. cùm infirmitas.*

ALLEGATIO XCII.

Episcopi illis casibus, in quibus tanquam Sedis Apostolicæ delegati procedunt, an delegati, vel Ordinarii judices sint censendi?

SUMMARIUM.

1 *Episcopi quibus in locis, tam juris communis, quam Concilii Trident. facultas conceditur, ut tanquam delegati Sedis Apost. procedant, remissivè ostenditur.*

2 *Delegatio quoties fit ab ipsa lege, non delegatam, sed potius ordinariam jurisdictionem tribuit.*

3 *Episcopi cum tanquam delegati Sedis Apostolicæ cognoscunt, quod ordinariam jurisdictionem habeant, adducuntur aliqua fundamenta, sed contrarium verius.*

4 *Respondetur fundamentis primæ opinionis.*

5 *Delegatio quando fit à Canone, seu lege per modum commissionis specialis, & non sub ratione officii, delegatam, & non ordinariam jurisdictionem tribuere censetur.*

6 *Delegatus judex dicitur ille, cui sine magistratu, officióve, aut non habita ratione ad illud, jurisdictio mandata est.*

7 L. & quia, ff. de jurisd. omnium judic. *declaratur.*

8 *Jurisdictio quando judici ordinario à lege, seu Principe committitur, quæ aliàs, semota commissione ei competebat, adjecta clausula, Auctoritate nostra, vel tanquam delegatus à nobis, & similibus, fit delegata.*

9 *Delegatæ causæ judici ordinario quando illum in eis procedentem delegatum, quando verò ordinarium judicem constituant, ostenditur.*

10 *Jurisdictio, quæ absolutè conceditur per illa verba, auctoritate Apost. seu tanquam Sedis Apost. delegatus, est delegata, licèt fiat circa illa, ad quæ aliàs Episcopus jurisdictionem habebat.*

11 *Iurisdictio cum conceditur adjecta particula, Etiam, veluti cum dicitur, etiam tanquam Sedis Apost. delegatus, vel etiam auctoritate nostra, ordinaria, & delegata est.*

12 *Dictio*, etiam, *unum casum exprimit, & alium includit.*

13 *Appellatio interponitur ad Metropolitanum ex sententia prolata ab Episcopo in casu, in quo processit etiam tanquam Sedis Apost. delegatus.*

14 *Appellatio quoad effectum devolutivum ab Episcopo visitante etiam tanquam Sedis Apost. delegato interponitur ad Metropolitanum.*

15 *Iurisdictio quando Episcopo conceditur cum remotione obstaculi exemptionis, aut privilegiorum, ordinaria restituta censetur.*

16 *Iurisdictio Episcopis specialiter concessa, simpliciter tamen, nulla adjecta clausula, si non personæ, sed muneri, aut dignitati perpetuò detur, ordinaria est.*

17 *Capitulum sede vacante an possit succedere in illis casibus, in quibus facultas Episcopo conceditur, ut procedat tanquam delegatus Sedis Apost. ostenditur.*

QVÆSTIO hæc ad multa deserviens, utilis 1
est, nam passim in Jure communi Episcopis facultas concessa reperitur, ut procedant tanquam Sed. Apost. delegati, vel alia simili verborum forma, ut *in cap. ad abolendam, in fine, de*

hæret. cap. irrefragabili, §. cæterum, de officio Ordin. c. 1. §. ultim. de statu Regular. lib. 6. Clem. 2. de statu monach. Clement. 1. de suppl. neglig. Prælat. Clement. quia contingit, in fine print. de relig. domibus, & sæpè alibi: sic etiam per sacrum Concil. Trident. sub eadem verborum forma eisdem jurisdictio passim conceditur, ut *in c. 2. sess. 5. de reformatione, & sess. 6. de reformatione c. 2. 3. & 4. & sess. 7. c. 6. 8. & 14. & sess. 14. c. 4. & sess. 21. cap. 5. 7. & 8. & sess. 22. c. 4. 5. 6. 8. & 10. sess. 24. de reform. c. 9. 10. & 11. & 14. & sess. 25. c. 8. & 9.* quæ habetur *in Indice Concilii, verb. Episcopi quibus in causis,* & congerunt Azor. *instit. mor. p. 2. lib. 3. c. 54.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, p. 2. n. 59. cum multis sequentibus,* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol. 449.* ideò non abs re dubitari potest, utrùm hujusmodi jurisdictio competens Episcopis virtute dictæ clausulæ, delegata, an ordinaria sit censenda.

2 Aliqui hanc jurisdictionem ordinariam esse contendunt. *Primò*, quia quoties delegatio fit ab ipsa lege, non delegatam, sed potius ordinariam jurisdictionem tribui, videtur probare text. *in l. & quia*, ibi, *nec ipsa lex defert*, per argumentum à contrario; *ff. de jurisd. omnium judic.* & in specie notavit *gloss. 2. in d. cap. irrefragabili, §. cæterum*, quam ibidem sequuntur plures, Beroi. multis confirmans *in rub. de officio deleg. num. 57.* Orian. *in l. 1. num. 71.* & ibidem late Jacob. de Nigris *num. 37. cum sequentibus, ff. de officio ejus*; Lottet. *de re benefic. lib. 1. quæst. 25. num. 92.* ubi tenet quod cùm hæc omnia mandentur Episcopo, non ex delegatione aliqua particulari ad hanc, vel illam causam, neque tanquam Judici, sed tanquam Episcopo; nihil est quin omni casu censeatur illi excitata ordinaria, etiamsi Concilium adjiciat delegatam: plures citati à Cened. *canon. lib. 1. quæst. 34. n. 5.* & à Salgado *in novis. tract. de supplicat. ad Sanctissim. part. 2. cap. 25. num. 15.* qui per totum illud cap. nos in hoc loco sæpè sæpius citat, & cum nostra distinctione, licèt invitus remanet. *Secundò*, quia si causæ illæ, etiam post commissionem Episcopo competebant, jurisdictionem non alterari, sed adhuc post commissionem manere ordinariam, probat expressè text. *in c. licèt, de officio Ordin.* ubi omnes notant. *Tertiò*, quia etiamsi causæ illæ, semota commissione Episcopo non competerent; adhuc post commissionem manere ordinariam manifestè deducitur ex decisione text. *in c. cùm aliquibus, versic. si verò*, ibi, *non Apostolica, sed recipientium censetur auctoritate receptus*, juncto principio, ibi, *non obstantibus*, &c. *de rescr. lib. 6.* dum probat, quod ubi habenti aliàs potestatem de Jure communi ad aliquid faciendum, quæ tamen per privilegia, seu exemptionem impedita erat, eadem iterum potestas conceditur; ordinaria manet; constat autem, quod in specie prædictorum Jurium, & similium, si non darentur exemptiones, privilegia, seu reservationes, Episcopi de Jure communi jurisdictionem habebant ad illa omnia exercenda, de quibus in eisdem agitur, juxta reg. tex. *in cap. cùm Episcopus 7. de offic. Ordin. in 6. c. omnes Basilicæ, 16. q. 7.* & quæ passim tradunt Doctores, tàm nostri, quàm Theologi, asserentes Episcopos in suis diœcesibus omnia de Jure facere posse; quæ Summus Pontifex in toto orbe, nisi specialiter exempta, seu reservata reperiantur: facitque regula text. *in cap. nuper 29. vers. in secundo*, ibi, *quia tamen*, &c. *de sent. ex comm.* Henriq. *in sum. lib. 2. c. 35. §. 2. juncta lit. D*, cum aliis citatis suprà *allegat. 33. num. 16.*

3 His tamen non obstantibus, alii melius tenent in omnibus casibus, in quibus per Jus commune, aut Concil. Trident. Episcopis facultas conceditur, ut procedant tanquam Sedis Apostolicæ delegati, non ordinarios, sed delegatos Judices esse censendos; cum enim in his terminis non jure officii sui, nec habita ratione ad illud, sed magis ex speciali delegatione eisdem jurisdictio committatur, ut patet, consequens fit illos delegatos, non verò ordinarios constitui, tradunt in specie post *gloss. ult. in d. c. ad abolendam, de hæret. gloss. 2. in c. per hoc, eod. tit. lib. 6.* gloss. *verb. auctoritate, in cap. 1. de clerico ægrot.* & utrobique Doctores, Abb. *n. 15.* & *ibidem* Marian. *n. 14. & à n. 37. in d. c. ad abolendam.* Dec. *in rubr. n. 6. de officio deleg.* Cosm. *in pragm. tit. de collation. §. item circa, verb. legatorum*, Pavin. *de potestate Capituli, part. 1. q. 10. n. 3. & 4.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 2. n. 10.* Aloys. Ricc. *d. resol. 449.* remissivè me citato in hoc loco, Joan. Paul. Xammar. *de officio judicis p. 3. q. 5. n. 55.*

Qua opinione retenta non obstant quæ in contrarium pro prima supra adduxi: nam ad primum respondetur, quod † licèt delegatio à Canone, seu lege fiat, si tamen fit per modum commissionis specialis, & non sub ratione officii, delegatam, non verò Ordinariam jurisdictionem tributam censeri, ut probat text. *in l. 1. versic. & ideo*, ibi, *lege, vel Senatusconsulto delegatam, & in §. qui mandatam*, ibi, *sed merum imperium quod lege datur*, &c. *ff. de offic. ejus*, & ita in terminis resolvunt supra citati: deinde hoc ipsum deducitur ex veriori judicis delegati definitione, quæ habet † illum verè dici judicem delegatum, cui sine magistratu, officiove, aut non habita ratione ad illud, jurisdictio mandata est, secundùm Molin. *de justitia tom. 6. disp. 14. n. 1.* Morlà *in emporio juris, tit. 2. in prælud. n. 88. in fine*, D. Barbosa *in l. cum prætor, §. 1. n. 21. & 22. & à n. 24. cum sequentibus, ff. de judic.* nam ideò ibi dicitur, *jurisdictio mandata est*, quia nihil refert an ab homine, vel lege mandetur, si per modum specialis commissionis delegatur. 4 5 6

Nec refragatur text. *in l. & quia*, ibi, *nec ipsa lex defert*, quia respondetur aliud esse legem deferre jurisdictionem, de quo text. ille loquitur, quod quidem solùm Magistratibus Ordinariis lex facit, dum tales creantur: aliud verò delegare, de quo agimus: unde licèt verum sit illos, quibus lex jurisdictionem defert per modum Ordinarii magistratus, Ordinarios esse (quod text. ille tantum concludit) non tamen inde sequitur illos, quibus delegat per modum specialis commissionis, etiam Ordinarios manere, neque text. hoc significat: quod verò jurisdictio non expiret, etiamsi re integra Legislator moriatur, ut omnes agnoscunt, & verum est, non provenit ex eo, quod talis jurisdictio Ordinaria sit, sed quia lex delegans nunquam moritur, vulgata *l. Ariani, C. de hæret.* facitque bonus text. *in c. si gratiosè, versi. secus autem, de rescr. lib. 6.* 7

Ad secundum respondetur verius esse, quando judici aliàs Ordinario à lege, seu Principe jurisdictio committitur, circa illa tamen, quæ semota commissione ad illius spectabant potestatem, non delegatam jurisdictionem de novo tribui, sed ordinariam, quam jam habebat, excitari, ut in specie probat text. *in d. c. licet*, ibi, *suæ jurisdictioni subjectos*, & per totum text. ubi post *gloss. penult.* omnes ibi notant. Jas. *in l. jus Civile, n. 2. ff. de justit. & jure*, Cened. *ad Decretal. collect. 157. n. 1.* Menoch. *de præs. lib. 2. q. 16. n. 24.* Attamen hoc non procedit quoties in commissione adjecta fuerit clausula, *Auctoritate nostra*, vel *tanquam delegatus à nobis*, aut similis; quia tunc juxta reg. text. *in l. 1. §. si quis simpliciter, vers. cùm adjicitur, ff. de verb. obligat.* videtur Superior jurisdictionem ordinariam inferioris mutare in delegatam, dum vult ut ipse non jam suo nomine, sed delegantis cognoscat, quod proprium est delegatorum, succeditque regula *l. 1. vers. omnia enim, C. de veteri jure enucl.* juncta *l. 1. §. qui mandatam, & l. 3. ff. de offic. ejus*, probat in specie text. *in d. c. cum aliquibus, versic. nisi, de rescr. lib. 6.* Ex quo ita in terminis post Bart. & alios, quos citant, tradunt Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 12. à n. 4.* Azeved. *in rub. tit. 9. n. 17. & 18. lib. 3. novæ recop.* Molina *tom. 6. tract. 5. disp. 14. n. 15. vers. quando verò.* 8

Ad tertium respondetur etiam verum esse, quando alicui 9

alicui judici ordinario causæ aliquæ committuntur; ad quas citra commissionem potestatem non habebat, illum non ordinarium, sed delegatum judicem esse censendum, siquidem non sub ratione officii, aut Magistratus, sed ex speciali commissione eidem competunt, facit bonus text. *in l.3.* ibi, *& si prior sit is*, &c. *ff.de officio ejus, d.c.cum aliquibus, versic.si Canonicorum, de rescript. in 6.* & est doctrina Bart. *in l.more majorum, n.8.ff.de jurisdict.omnium jud.& in l. ambitiosa, n.34. ff. de decretis ab ordine faciendis*, quam sequitur D. Barbosa *in l. cùm Prætor*, §.1.*à n.72. ff.de judic.* cum latè traditis per Menoch. *de præsumpt.lib.2.q.16.n.25. cum duobus seqq.* Molina *d.tom.6.disp.14. n.1. vers. quando autem.* Limitando, nisi in his terminis commissio fiat habita relatione ad officium, seu magistratum, veluti si dicatur, *ad officium talis judicis*, vel *ad talem judicem pertineat*, &c. tunc enim non jurisdictio nova delegata, sed magis antiqua ordinaria prorogata, seu extensa censebitur; sicque notabiliter in his terminis ampliabitur decisio text. *in d. cap. licet, de officio Ordinar.* tradunt Bald. *in d.l.more majorum, colum.2.* Menoch. *n.23.* D.Barbos. *n.30. cum seq. proximè citatis locis.* Per contrarium tamen si causæ, quæ committuntur, ejus sunt naturæ, quod secundum Juris regulas ad cognitionem judicis ratione sui officii pertineant, cùm per privilegia, seu aliter ab ipsius potestate essent exemptæ, iterum simpliciter ei committuntur, non obstantibus illis privilegiis, seu exemptionibus; tunc respectu illarum judex censebitur ordinarius, non delegatus: bonus textus sic intelligendus *in d.cap.aliquibus, vers.si verò:* quod ex eo probatur, quia tunc cognitio, seu potestas jam competit jure proprii officii, quod est judicis ordinarii proprium, nec ex commissione recipitur, ut in delegatis contingit; nam licèt verum sit, quod per illam commissionem removentur impedimenta, seu exemptiones, per quas talis cognitio, aliàs Jure communi competens, suspensa erat, & interdicta, nullatenus tamen ipsamet potestas cognoscendi de novo recipitur, sed tantum impedimentis sublatis ad suam antiquam naturam redit, ac proinde ordinaria manet, juxta regul. text. *in l.si unus 27.§.pactis, in fine*, juncta gloss. *verb.redditur, ff.de pactis, in exordio dist.35.* & optimè exemplo cernere licet in illo, qui ligatus censura aliqua Sacramenta recipere, aut conferre non poterat; dum enim postea absolutus illa recipit, aut confert, non dicitur recipere, seu conferre ex auctoritate ejus, qui absolvit, sed magis ex pristina facultate, seu potestate, quam habebat; tradunt bene explicantes Anchar. & alii *in d. c. cùm aliquibus*; Jacob. de Nigris *in d.l.1. n.39.ff.de officio ejus*, Jas. *in d.l. 1.§.si quis simpliciter, n.5.* & ibi Crot. *n.10.ff.de verb.obligat.* Felin. *in d.cap. cùm ex Officii, n.32.vers.& quia, de præscript.* Sed hæc omnia intelligenda sunt, ubi causæ hæ sublatis impedimentis simpliciter committuntur; secus si adjiciatur clausula illa, *auctoritate nostra*, vel similis; tunc enim judex non Ordinarius, sed delegatus manebit, *d. c. cum aliquibus, vers.nisi*, D. Barbosa *in l.cùm Prætor*, §.1.*à n.32. ff.de judic.* junctis resolutis suprà *n.8.*

10 Ex quibus, ut omnis æquivocationis occasio tollatur, observandum est cum Nicolao Garc. *de benefic. part.5. cap.7. à n.48.* quod si jurisdictio absolutè conceditur, per illa verba, *Auctoritate Apostolica*, seu *tanquam Apostolicæ Sedis delegatus*; ut in pluribus decretis Concilii Trident. & Juris communis *in d. cap. ad abolendam, & in d.c.irrefragabili*, §.*cæterùm*, adductis *in princ. hujus allegat.* tunc licèt concessio fiat circa illa, ad quæ aliàs Episcopus jurisdictionem habebat, sine dubio delegatus censetur, ex reg. *d.c.cùm aliquibus, vers. nisi.* Quidquid aliud distinctè dicat Cened. *in*
11 *Decretal. collect.157. n.1.* Vel rursus † in tali concessione adjicitur particula, *etiam*, veluti cùm dicitur, *etiam tanquam Apostol. Sedis delegatus*, vel *etiam auctoritate nostra*, ut *sess.6. de reformat. cap.6. & sess.22.de reform.*
9 *c.10.* tunc † utramque potestatem, ordinariam scilicet, & delegatam Episcopus habere dicitur, juxta naturam dictionis, *etiam*, quæ unum casum exprimit, & alium includit, glos. *verb.Ecclesiæ*, juncto textu *in Clement.2.de hæret.* cum citatis à me ipso *in tract.de clausul. usuf. eq. claus.112.* quamvis enim videatur hoc non posse subsistere, cùm duæ jurisdictiones, ordinaria & delegata non sint compatibiles, neque concurrant in una, eademque persona, ut censuit Butr. *in cap.cùm ex officii, sub num.8.vers.non puto, de præscript.* tamen contraria sententia Innocentii *ibidem, sub n.2.* & est verior, & magis communis; ut testatur ex multis Lotter. *d. q.25.num.93.* & sic licebit Episcopis utraque potestate procedere, ut bene docent Innoc. *in c. cùm ex officii, n.3. de præscript.* ubi Abb. *à n.18.* & Felin. *n.22.* Molin. *de primogen.lib.2.cap.10.num.74.& 75.* Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.7. c.29. n.181.* ubi etiam ait quod poterit eligere alterutra potestate procedere. Nec propterea cogi poterit Episcopus ad declarandum, qua potestate velit procedere; Innoc. *in d. c. cùm ex officii, n.3.* Anchar. *n.12.* Felin. *n.23. ad fin.* & Abb. *sub num.18. vers.ex hoc*, Lotter. *d.q.25.n.94.* hanc distinctionem me *in hoc loco* citato refert & sequitur Salgado *d.p.2.c.25. n.16. cum seqq.*

Unde si ab eodem Episcopo in hoc casu appelletur, 13
non ad Summum Pontificem, sed ad Metropolitanum Ordinarium erit appellandum. Scacc. *de appellat. quæst.8. num.86. vers. extende 2.* Cened. *ad Decretal. collect.157. sub num.1. post med.* novissimè Salgado *d. part.2. cap.25.n.21.* Quaranta *in sum. Bull. verb. Archiepiscopi auctoritas, num.18.vers. item si Papa*; novissimè Marcel. Vulpe *in praxi jud. cap.21. num.39.* si enim in visitatione appellari contigerit ab Episcopo Suffraganeo, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegato, prout in sacro Concil. Trident. *sess.14.de reformat.c.10.* debet appellari ad Metropolitanum, quoad devolutivum effectum, non quoad suspensivum, prout *in sess.22. de reform. in c.1.* ita decisum refert Zerol. *in praxi Episcop. part.2. verb.Visitatio*, §.9. Aloys. Ricc. *d.resol.449.n.2.propè fin.* Villadiego *in speculo Visitatorum, fol.35. n.31.* Cochier *de jurisd. Ordinar. in exemptos, p.2.q.14.n.5.*

Si verò non constet qua potestate procedat, aliqui 14
censent, prout sunt Federic. & Bobadill. citati à Sanchez *locò citato*, præsumi potestate Ordinaria procedere; quia Ordinaria jurisdictio est favorabilior, delegata autem odiosa. Sed multò verius est, censeri potestate delegata procedere; ex his quæ Molin. *de primogen.lib.2.c.2.num.15.* & alter Molin. *de Justit.tract.1. tom.3. disp.582. num.2.* & in propriis terminis Sanch. *d. n.281.* prout etiam delegata jurisdictione procedere censetur, ac proinde ab ejus sententia indistinctè ad delegantem appellandum est, quando utraque procedit auctoritate, ordinaria scilicet, & delegata, ut asserit Scacc. *de appellat. quæst.8.num.89.* & novissimè Salgado *d. part.2. cap.25. num.27.* reprobata opinione Cened. *d.q.34.n.8.& 9.in fine*, Erasm. à Cochier *de jurisd. Ordinar. in exemptos, p.2. quæst.14. num.4.* & aliorum. Vel † in concessione solùm removentur obstacula 15
exemptionis, aut privilegiorum, dicendo, *non obstantibus privilegiis, seu exemptionibus*, &c. ut *in sess.5.de reform.c.2.in fine, vers.quæstores, & sess.5.& 7.* cum aliis: & de Jure communi *in Clem.1.de sepultur.* & sæpè alibi, & in his terminis, quicquid Anchar. & alii existiment *in c.hi qui, de præbendis lib.6.* Felin. *in d.c.licèt, de offic.Ordin. in princ.* Alciat. *in l.1. §.si quis simpliciter, num.12.ff. de verbor. oblig.* asserentes judicem ordinarium constitui delegatum, cùm eidem potestas conceditur contra exemptos: verius tamen est, cùm hoc casu solùm fiat reductio ad Jus commune, solam potestatem ordinariam restitutam censeri, juxta *d. c.cùm aliquibus, vers.si verò.* Vel denique † aliqua potestas eis- 16
dem Episcopis specialiter conceditur, simpliciter tamen;

nulla adjecta clausula, ut *sess.23.c.6. de reform.* cum similibus, & tunc si non personæ, sed muneri, seu dignitati perpetuò datur, licèt specialiter detur, ordinaria dicitur, competens jure speciali Ordinario, juxta doctrinam *gloss. in c.ultim. de officio Ordin.* quam cum infinitis à se relatis sequitur Sanchez *de matrim.lib.2. disp.40. num.14. & lib.8. disp.2.num.10.* Suar. *de legibus lib.6.cap.37.num.1.* novissimè me citato *in hoc loco*, Fr. Bartholom. de Vecchis *in praxi observanda in admittendis ad Religionis statum novitiis, disp.7. dub.1. num.2.* Quas omnes distinctiones mente tenebis, quia ex illis tum appellationes, tum ad alia diversi in jure nostro resultant effectus: & non sine admiratione notavi Salgad. *d. p.2.c.25.num.47.* dixisse, me duobus numeris præcedentibus eruditè quidem hujus difficultatis veritatem fuisse assequutum, cùm pluribus in locis ejusdem sui tractatus studuerit in nostris evertendis opinionibus.

17 Hinc etiam colligi potest resolutio ad illam quæstionem, Utrùm scilicet Capitulum Sede vacante, succedat in illis casibus, in quibus à Jure communi, vel sacro Concil. Trident. datur facultas Episcopo, quod procedat tanquam delegatus Sedis Apostolicæ? In qua dicendum est, Capitulum Sede vacante in hac facultate succedere non posse; nam, ut suprà resolvimus, *num.10. cum seqq.* jurisdictio concessa prædicto modo delegata est: atqui in jurisdictione Episcopo delegata non succedit Capitulum Sede vacante, Rot. *dec.6. de offic. delegat. in antiq.* Felin. *in c.eam te, num.17. de rescript.* Azeved. *ad Curiam Pisan.lib.1.cap.8. n.12.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, part.1.c.10. n.8. vers. Capitulum enim*, novissimè me citato *in hoc loco*, D. Felic. de Vega *in relect. c. & si clerici, §. de adulteriis, num.50. cum seq. de jud.* Stephan. Quarant. *in summa Bullarii, verb. Capitulum Sede vacante, in principio*, Sbroz. *de Vicario Episcopi, lib.1.q.16. num.1. & lib.2. q.135.num.4.* Nicol. Garcia *de benefic. p.5.c.7. num.42.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.3. cap.39. quæst.4.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.118. per totam*, ubi *num.2.* ampliat procedere, etiamsi post præsentationem mandati fuisset mortuus Episcopus: ergo non succedet Capitulum in hac facultate Episcopo prædicta clausula delegata. Quare ita resolvunt Nicol. Garcia *d. cap.7. num.47.* & Sanchez *d. disput.2. num.10.* quicquid distinguat Molina *tom.6. disput.11. num.8.* In aliis verò casibus suprà relatis, in quibus Episcopi etiam ex potestate ordinaria possunt procedere, succedit Capitulum Sede vacante, ut advertit Nicol. Garcia *ubi proximè.*

ALLEGATIO XCIII.

Episcopus quando, & qualiter Synodum diœcesanam congregare teneatur.

SUMMARIUM.

1 *Synodus est triplex, generalis scilicet, provincialis, & diœcesana.*

2 *Synodum semel in anno in sua diœcesi quilibet Episcopus convocare potest, vel sæpiùs, ubi necessitas postularet.*

3 *Synodum per alium potest Episcopus justo aliquo impedimento detentus congregare.*

4 *Vicarius generalis Episcopi Synodum diœcesanam congregare potest, speciatim Episcopo id ei mandante.*

5 *Sacerdotes omnes, qui animarum curam habent, tenentur ad diœcesanam Synodum venire.*

6 *Rectores parochialium nullius diœcesis tenentur accedere ad Synodum viciniorem.*

7 *Monachi, & Prælati mendicantes, quorum Ecclesiis cura animarum non est annexa, venire non tenentur ad Synodum diœcesanam.*

8 *Exempti omnes, qui aliàs cessante exemptione Synodo interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, ad eam accedere tenentur.*

9 *Abbates exempti, & qui interesse debent Synodo, quo amictu, & ornamentis uti debeant, remissivè.*

10 *Libertas non veniendi ad Synodum an præscribi possit, remissivè.*

11 *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis de necessitate debet invitari ad Synodum, cujus pars tantùm debet venire, alia verò remanere in servitio Ecclesiæ.*

12 *Capitula Collegiatarum quasi Episcopalem jurisdictionem habentia, ad Synodum sunt vocanda.*

13 *Synodus diœcesana intimanda est in tempus, quo jejuniis, & devotionibus, seu celebrationi præcipuarum solemnitatum non vacatur, neque gravi hyeme & temporibus ad itinerandum periculosis.*

14 *Electio consultarum Theologorum, & in utroque jure Doctorum, promotoris, & notarii, sive secretarii Synodi in primis est facienda.*

15 *Notarius Synodi omnium Synodo interesse obligatorum nomina legit.*

16 *Præeminentia in sedendo in Synodo diœcesana nullum præjudicium in futurum sedentibus opteratur.*

17 *Professio Fidei, & decreta Concilii Trid. de residentia, intelligibili voce leguntur in Synodo diœcesana.*

18 *Examinatores ad minus sex eliguntur in Synodo diœcesana, tam per vota secreta, quàm aperta, qui promovendos ad beneficia curanda examinent.*

19 *Assignantur in Synodo diœcesana personæ aptæ, ad minus quatuor, quibus causæ in partibus delegandæ committantur, quorum si aliquis decesserit, Episcopus de consensu Capituli in locum ipsius alium substituere potest usque ad futuram Synodum.*

20 *Conservatores judices pro quibuscumque Conventibus in Synodo diœcesana nominandi.*

21 *Missarum celebrandarum ubi tam magnus numerus defunctorum dispositionibus impositus fuerit, providetur in Synodo diœcesana.*

22 *Seminarii redituum rationes in Synodo diœcesana audiendæ.*

23 *Statuta, seu ordinationes aliquas licitum est Episcopo in diœcesana Synodo condere.*

24 *Ordinationes factæ in diœcesana Synodo sunt perpetuæ.*

25 *Statuere quando possit Episcopus cum consensu Capituli, vel sine illo, ostenditur.*

26 *Constitutiones Synodales ante publicationem ad Urbem mittere non obligatur Episcopus.*

27 *Episcopus, qui in suis Constitutionibus, vel per edictum publicavit excommunicationem latæ sententiæ ipso jure incurrendam contra clericos omnes, tam ludentes, quàm ludum spectantes, an incidat in eam ipsemet, & qui cum eo aliqua die recreationis causa luserit, ostenditur.*

28 *Episcopus qui commisit contra præceptum in diœcesi alterius Episcopi sub pœna excommunicationis, non incidit in illam.*

29 *Statuta quæ condit Episcopus, non debent contraire sacris Canonibus.*

30 *Ratio ostenditur quare Prælati inferiores Summo Pontifice*

Pontifice possint inducere consuetudinem contra jus Canonicum, & non possint contra illud statuere.

31 *Episcopus quibus casibus possit statuere contra Canones, & constitutiones Summorum Pontificum, ostenditur.*

1 CIRCA divisionem Conciliorum non satis constat inter scribentes. In duplicem enim speciem partitur text. *in cap. regula, §. porrò, 3. dist.* in Generalia scilicet, & Provincialia; gloss. verò *in cap. convenientibus, verb. universalis, 1. quæst. 7.* ex textu ibi colligit divisionem Synodi, seu Concilii esse, quod aliud sit universale, aliud locale; sed reprobatur communiter, addunt enim DD. tertiam speciem, sic dividentes, quod aliud sit universale, seu generale, id est omnium Prælatorum Orbis sub Romano Pontif. de quo Gratian. *per totam 16. & 17. dist.* Aliud Provinciale, id est, Episcoporum alicujus provinciæ sub suo Metropolitano, de quo Gratian. *per totam 18. dist.* aliud Episcopale, id est, clericorum unius diœcesis sub suo Episcopo, de quo agit text. *in c. 2. & ult. 18. dist. & in cap. quod super his, de majorit. & obed.* & istud secundùm communem loquendi usum dicitur Synodus, ut *in c. sicut olim, in princip.* ibi, *provincialia non omittant Concilia, juncto fine,* ibi, *in Episcopalibus Synodis, de excusat.* atque ita hanc trimembrem distinctionem tradit gloss. *in sum. 17.* recepta ex multis, de quibus Henric. Bottæ. *in tract. de Synodo, 1. p. n. 4.* Turrec. *lib. 3. cap. 3.* Addunt alii quartum genus, scilicet Conventuale, seu Monachale, quod propriè dicitur Capitulum, de quo *in cap. in singulis, & in cap. ea quæ, de statu monach.* Quintum etiam genus alii addunt, scilicet Nationale, in quibus scilicet conveniunt omnes Episcopi unius nationis, seu Regni, præsidente Primate, seu Patriarcha: unde in hæc quatuor membra, scilicet universalia, nationalia, Provincialia, & Episcopalia dividit omnia Concilia Cardin. Bellarmin. *de Conciliis lib. 4. c. 4.* Circa quam divisionem quid securius tenendum, dicam alibi commodiùs: interim tamen vide Ugolin. *de officio Episcop. cap. 48. à princip.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 47. q. 8. num. 100. versic. Concilium,* Piasec. *in praxi Episcop. part. 2. c. 2. pag. 109.* In Concilio universali, seu generali congregantur totius Ecclesiæ Episcopi, & omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & etiam S.R.E. Cardinales, Abbates, Ordinum generales, Auditores Rotæ, Principum secularium Legati, Oratores, & alii, de quibus Hieron. Roman. *in Republ. Christ. lib. 5. cap. 2. vers. & primò nota:* nec excluduntur titulares, & illi, qui renuntiarunt loco, non autem dignitati, quia sicut alii Episcopi debent vocari ad Synodum, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 291. n. 6.* Nec contrarium insinuant suprà *part. 1. tit. 1. cap. 6. num. 20.* ut perperam, & malè dixit Alzedo *de præcellent. Episcop. dignit. p. 2. c. 1. num. 5.* & quando Episcopi in Concilio congregantur, debent ingredi cum sacris, & Pontificalibus ornamentis, & cum Mitris albis, ac planis, sine Baculo, & Pallio, Petr. de Monte *de Monarchia Concilior. tit. de Conciliorum præambulis, sum. 3.* Hieron. Venero *de examine Episcop. tit. de Conciliorum congregat. num. 3. & 4.* Hæc satis de Concilio generali. De Synodo verò Episcopali, seu diœcesana, de quo noster est sermo, tractatus integros edidere Henric. Bottæ. Michaël Thomasius, & novissimè Joan. Anton. Massobrius, secundum Romanam impress.

2 Ad occurrendum igitur Ecclesiarum incommodis in dies nascentibus, & ad mores Cleri reformandos, & controversias componendas, salubriter ordinarunt sacri Canones, ut quilibet Episcopus in sua diœcesi semel in anno Synodum convocet, *cap. quoniam, 18. dist.* Concil. Trident. *sess. 24. de ref. c. 2.* Sebast. Medic. *de legib. part. 1. quæst. 14.* Fr. Emman. *qq. Regular. tom. 3. q. 47. fol. 227.* Moure *in examin. Theolog. moral. p. 4. c. 1. §. 1.* me citato *in hoc loco,* Alzed. *d. part. c. 1. num. 25.* nisi habita sit Provincialis Synodus, quia tunc diœcesana esset celebranda intra sex menses, Massobr. *de Synodo Episcopi, c. 2. dub. 5.* ubi cùm Bottæ. *in simili tract. p. 1. q. 8.* observat hujusmodi Synodum debere celebrari extra tempora abstinentiæ, & dies festos, nec in hyeme, aut tempore collectionis fructuum; & idem Massobr. *dict. dub. 5. in fine,* ait hujusmodi sex menses non incipere currere statim post celebratum & dissolutum Concilium Provinciale, sed de his detrahendum esse tempus, quo Episcopus redire potuit ex Concilio, quia interim censetur impeditus. Ubi verò necessitas postularet, sæpius in anno celebrari posse, per *cap. de Conciliis, 18. dist.* tenet Ugolin. *ubi proxime.* Si † ipse 3
Episcopus justo aliquo impedimento detineatur, congregare Synodum per alium poterit, id quod Conc. Trid. innuit *d. cap. 2.* dum inquit, *Synodi diœcesanæ quotannis celebrentur*; indeterminate enim loquitur, & non speciatim mandat Episcopis, ut ipsimet Synodum congregent: ergo per alios possunt. Ita Piasec. *dict. cap. 2. num. 1.* & refert sic *sacram Congreg.* censuisse Ugolin. *loco citato.* Ideò † Vicarius generalis Episco- 4
pi Synodum diœcesanam congregare poterit, speciatim Episcopo id ei mandante, ut resolvimus suprà *alleg. 54. n. 103.* Archiepiscopus electus, confirmatus, & consecratus, sed nondum palliatus, Synodum congregare nequit, *cap. quod sicut, §. super eo,* ubi Panor. *n. 4. de elect.* Petr. Gregor. *Syntag. Juris p. 2. lib. 5. c. 11. n. 6.* quos refert Alzed. *p. 2. c. 1. n. 26.*

Potest quoque electus, & confirmatus in Episcopum, nondum tamen consecratus, Synodum congregare, ut post Innoc. *in cap. transmissam, in fine, versic. sequitur, de elect.* resolvunt Bottæ. *de Synodo, part. 1. q. 6.* & Massobr. *in simili tract. cap. 2. dub. 1.* Episcopum verò nominatum à Rege, ante provisionem Papæ non posse Synodum congregare, concludunt Bottæ. *d. p. 1. q. 6. num. 36.* & Massobr. *d. c. 2. dub. 2.* resolventes idem in electo non confirmato, dummodo non sit exemptus, & immediatè subjectus Papæ, vel sit ultra Italiam in valdè remotis partibus, quia tunc posset administrare, per *cap. nihil, §. fin. de elect.* An autem Episcopus electus, confirmatus, & consecratus, qui nondum tamen est adeptus possessionem, possit Synodum congregare? Vide Bottæ. *d. q. 6. num. 39.* & Massobr. *d. c. 2. dub. 3.* Capitulum Sede vacante potest, imò debet singulis annis Synodum congregare, ut per Pavin. *de potestate capituli Sede vacante, p. 1. q. 7. versic. ex præmissis, & q. 10.* Bottæ. *p. 1. q. 6. n. 40.* Massobr. *d. c. 2. dub. 4.*

Per edictum generale, vel etiam speciales litteras congregandam esse Synodum probat Massobr. *d. c. 2. dub. 7.* In propria scilicet diœcesi, vel extra illam, de licentia tamen Ordinarii loci, justa existente causa, Bottæ. *d. p. 1. q. 9. num. 57.* Massobr. *d. c. 2. dub. 8.* Consuevit autem celebrari in Ecclesia; sed potest etiam extra, & in loco privato: idem Bottæ. *d. p. 1. q. 9. n. 56.* Massobr. *d. c. 2. dub. 9.*

Tenentur autem ad diœcesanam Synodum de Jure 5
venire omnes Sacerdotes, qui animarum curam habent, *cap. quod super his,* juncta gloss. *de majorit. & obed.* Concil. Trid. *d. c. 2.* ibi, *ratione tamen parochialium, aut aliarum secularium, etiam annexarum, debeant ii, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse.* Franc. Leo *d. cap. 9. n. 13.* Laurent. de Peirinis *in exposit. Constit. 2. Julii II. pro suo Ordine Minimor. n. 64. tom. 1.* me citato *in hoc loco,* Alzedo *d. p. 2. c. 1. n. 28.* Ascan. Tambur. *in tract. de Jur. Abbatum, & Prælatorum, tam Regularium, quàm secularium, tom. 1. disput. 29. q. 5. cap. 2. n. 4.* Ugol. *d. c. 48. §. 1. n. 1.* ubi etiam tenet locum habere non solùm ubi seculares clerici sunt, verùm etiam ubi Monachi, vel Regulares, de quo vide suprà *alleg. 74. n. 25.* & quod † Rectores Parochialium 6
nullius diœcesis teneantur accedere ad Synodum viciniorem

ciniorem dicit per *Sacram. Congr.* decisum Franc. Leo *loco proximè citato*, & tenet Sayr. *in floribus dec. tit. de officio ordin. dec.* 11. quem citat Aloys. Rico. *in collect. dec. p. 4. collect.* 1153. Piasec. *d. c. 2. n. 2. vers. & non solum*, Ugol. *d.* §. 1. *vers. quartò*, Laur. de Peirinis *citato loco*,
7 *n.* 65. Ascan. Tambur. *d. q.* 5. *n.* 4. † Alii autem Monachi, & Prælati Mendicantes, quorum Ecclesiis cura animarum non est annexa, venire non tenentur, Felin. *in c. quod super, de major. & obed. n.* 1. Piasec. *in praxi nova Episcop. d. c.* 2. *n.* 2.

8 Exempti omnes, qui aliàs cessante exemptione, Synodo interesse deberent, aut Capitulis generalibus subdantur, ad eam accedere tenentur, ut habetur in Concil. Trid. *d. c.* 2. Ugol. *d.* §. 2. *n.* 1. Cochier *de jurisd. Ordinarii in exemptos, p.* 4. *q.* 19. Massobr. *d. c.* 2. *dub.* 2. *num.* 2.
9 † Quo autem ornatu, & amictu in dicta Synodo uti debeant, habetur expressè *in c. ut Apostolica, de privil. in* 6. in quo statuitur, ut Abbates, quibus ex privilegio concessum est, ut Mitra, & aliis Pontificalibus uti possint, in Conciliis scilicet Provincialibus, & Synodis diœcesanis Mitras auro phrygiatas, non tamen aureas, vel argenteas laminas habentes, gestare possint, quod si exempti non sint, simplicibus albis planis utantur: tradunt Speculat. *lib.* 4. *p.* 4. *rubr. de priv. & excess. privil. n.* 6. Card. Jacobat. *de Concil. lib.* 1. *rubr. de loco sedium in Concil. vers. post præmissos sed-bunt Abbates*, Boër. *de auctor. magni Concilii, p.* 1. *n.* 15. Alzed. *d. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 31. & 32. Ascan. Tambur. *in tract. de jure Abbatum, & Prælatorum, tam Regularium quàm secularium Episcopis inferiorum, tom.* 1. *disp.* 19. *q.* 5. *in fine.*

Et quando Abbas teneatur accedere ad Synodum, tradit Bottæ. *de Synodo, ex num.* 4. Tambur. *d. tom.* 1. *disp.* 24. *quæst.* 4. Mich. Ferrus *de præcedent. Eccl. q.* 1. *n.* 2. Seraph. *dec.* 10. ubi distinguit: *Si Abbas est exemptus, & habet curam animarum, quam per Vicarium perpetuum exercet, non tenetur per se accedere, sed sufficit quod Vicarius perpetuus accedat, penes quem actu residet cura; secus verò si per se, vel per Capellanos ad nutum amovibiles curam exerceat, cùm hoc casu cura resideat penes ipsum Abbatem; cujus ratione tenetur.* Et de præcedentia, & loco, seu sessione Abbatum in Synodo post Episcopum, agit latè Mich. Ferrus *de præced. Ecclesiast. q.* 1. *num.* 3. Intellige quando ipse Episcopus personaliter assistit in Synodo; si verò per procuratorem assistit, tunc talem procuratorem esse postponendum Abbatibus in Concilio, tradunt Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p.* 1. *c.* 9. *num.* 4. *vers. Abbates*, Mich. Ferrus *d. q.* 1. *n.* 27.

10 Utrùm præscribi possit libertas non veniendi ad Synodum? Vide Henric. Bott. *part.* 2. *num.* 40. *cum sequentibus.*

11 Capitulum Ecclesiæ Cathedralis de necessitate debet invitari, *cap. ult. de his quæ fiunt à Prælat.* ubi Abb. *num.* 4. me citato *in hoc loco*, Alzed. *d. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 29. & potest comparere per nuntios, seu alios deputatos ex gremio Capituli, non autem omnes ex Capitulo venire debent, sed pars in servitio Ecclesiæ manere, ut declaravit *sacra Congreg. Vicario Episcopi Vercellen.* 10. *Aprilis* 1594. prout refert Piasec. *d. c.* 2.
12 *num.* 2. *vers. seculares*, ubi etiam decisum asserit † Capitula Collegiatarum, quasi Episcopalem jurisdictionem habentia, ad Synodum esse vocanda. Vicarius Episcopi an sit de illis, qui interesse debent in Synodo? Negat Marescot. *var. resol. lib.* 1. *c.* 69. *n.* 3. contra quem Massobr. *t.* 3. *dub.* 4.

Postquam prædicti omnes moniti fuerint, qui Sy-
13 nodo interesse tenentur, unica tantum monitione, ut dicit gloss. *in cap. si Episcopus*, 18. *dist.* circumlato processu intimatorio Synodi, & loci ac temporis ipsius celebrandæ, *c. propter*, 18. *dist. c. ult. de his quæ fiunt à Prælatis*, dummodo non intimetur tempus, quo jejuniis, & devotionibus, seu celebrationi præcipuarum solemnitatum est vacandum, neque gravi hyeme, & temporibus ad itinerandum periculosis. Die præfixa ad celebrationem Synodi adveniente, è domo sua Clero comitante, campanis, & organis sonantibus in Ecclesiam descendit Episcopus, ibique de Spiritu Sancto missa peracta, & orationibus, ut in Pontificali ordinatur, recitatis, ad vigilandum circa cultum divinum, Synodumque cum fructu & utilitate celebrandam clerum exhortatur, & sequentia suo ordine in ipsa Synodo sunt exequenda.

Primò fieri debet electio consultorum Theologo- 14
rum, & in utroque jure Doctorum, Promotoris, & notarii, sive secretarii ipsius Synodi, † qui notarius om- 15
nium Synodo interesse obligatorum nomina legat, qui singuli vocati respondentes, *Adsum*, accedere debent ad osculum manus Episcopi in signum obedientiæ, quam ipsi reddere tenentur, *d. cap. quod super, de majorit. & obed.* & contra absentes, nec legitimas excusationes adducere curantes, veluti contumaces procedi debet, ut debita pœna mulctentur.

Quo peracto debet fieri, & promulgari decretum, 16
quod si contigerit quem in sedendo, loco sibi debito non stetisse, seu vocatum fuisse, aliudve egisse, quod nullum circa præcedentiam patiatur præjudicium; & apponenda est pœna, ne quis, nisi tota synodalis sessionis actione completa, ac benedictione obtenta, discedere præsumat, & ad hoc solent eligi punctatores, aliaque agi, quæ Episcopo expedire videbuntur. Item idoneos visos deligere, ac eos jurejurando sibi obligare, ut ad ipsum, vel alium à se missum referant quicquid in locis suæ ditionis fieri cognoverint contra Ecclesiasticos Canones, & jura, si delictum ad forum Ecclesiasticum attineat, *cap. Episcopus in Synodo*, 35. *quæst.* 6. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 32. *quæst.* 9.

Postea alta, & intelligibili voce legi debet professio 17
Fidei, juxta formam præscriptam in Bulla Pii IV. incip. *Injunctum.* Denique leguntur decreta Concil. Tridentini de residentia, quæ habentur *c.* 1. *sess.* 6. *de reform. & sess.* 23. *de reform. c.* 1. idque fit, ut magis memoriæ commendentur ad animarum salutem. † Eli- 18
guntur subsequenter ad minus sex examinatores, qui promovendos ad beneficia curata examinent, suique officii rationem in Synodo de præterito reddant, & ibidem puniantur, si deprehendantur deliquisse circa hujusmodi officia. Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. c.* 18. Hæc autem approbatio, tam per vota secreta, quàm aperta fieri potest ab ipsa Synodo, ut respondit *sacra Congreg. Patriarchæ Venetiarum*, *die* 11. *Julii* 1592. sicut referunt Steph. Quaranta *in summa Bullarii, verb. Synodus diœcesana*, Piasec. *d. c.* 1. *n.* 4. Ugol. *d. cap.* 48. §. 3. *num.* 3.

Assignantur & personæ ad id aptæ ad minus qua- 19
tuor, quibus causæ in partibus delegandæ committantur, quorum si aliquis decesserit, Episcopus de consilio Capituli in locum ipsius alium substituere potest usque ad futuram Synodum. Concil. Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.* 10. † Alii etiam nominantur, ut in ju- 20
dices Conservatores pro quibuscumque Conventibus, Capitulis, &c. eligi valeant, juxta Constitutionem Gregor. XV. incip. *Sanctissimus, sub die* 20. *mensis Septembr. anno* 1621. ubi sic habetur: *In futurum verò Sanctitas sua hac generali, & perpetuò valitura Constitutione statuit, & decrevit, ut judices Conservatores hujusmodi, sive provinciales, sive subrogati, eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi non solùm habeant qualitates requisitas, & rescriptas in Constitutione similis recordationis Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris sui, quæ incip. Statutum, ita ut vel Dignitate Ecclesiastica præditi, vel Personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant, sed etiam in Conciliis Provincialibus, aut diœcesanis, juxta Decretum Concilii prædicti, judices electi, seu designati sint.*

Providere etiam debent pro sua conscientia iis 21
Ecclesiis,

Ecclesiis, in quibus vel tam magnus celebrandarum Missarum numerus defunctorum dispositionibus impositus fuerit, ut illi oneri singulis diebus satisfieri nequeat, Concil. Trid. *sess.*25. *de reform.c.*4. de quo latè *alleg.*29.

22 Rationes redituum seminarii in Synodo audiendæ sunt per quatuor deputatos, quorum duo ex Capitulo, unus electus à Capitulo, alter ab Episcopo, duo alteri ex Clero, similiter unus electus ab ipso clero, alter ab Episcopo, esse debent. Defectus etiam seminarii corrigendi sunt: ubi verò erectum non fuerit, vel non sit sufficienter provisum, elaborandum est Episcopo quomodo erigatur, vel dotetur; alioquin à Synodo provinciali juris remediis ad hoc compelli posset, Concil. Trident. *sess.*23. *de reformat. c.*18.

23 Ad retinendum in disciplina Clerum, vel abusus tollendos licitum est Episcopo in diœcesana Synodo condere statuta, seu ordinationes aliquas, prout ei visum fuerit expedire, *cap.*1. juncta gloss. *verb. generaliter, de consecr. dist.*4. *cap.*2. *de major. & obed. cap. ut animarum, de const. in* 6. Duen. *reg.*246. Alex. de Nevo *cons.*60. *num.*16. ubi quod potest Episcopus statuta præceptoria, prohibitoria, & pœnalia condere, Mar. Alter. *de censur. tom.*1. *lib.*5. *disp.*12 *cap.*2. *col.*5. *litt. D.* Sebast. Med. *de legib. part.*1. *quæst.*14. Suarez *in simili tract. lib.*4. *per tot.* Azor. *dict. cap.*47. *quæst. ult.* Bottæ. *de Synodo Episcopi, part.*3. *act.*18. *num.*104. Massobr. *in simili tract. cap.*4. *dub.*41. Put. *decis.*353. *lib.*1 *in correctis*, me citato *in hoc loco*; Ciarlin. *controvers. forens. lib.*1. *cap.*61. *num.*8. & etiam me citato Alzed. *dict. part.*4. *cap.*1. *num.*40. Alia verò ab Episcopo condita extra Synodum, temporanea sunt, illiusque obitu expirant, ut per Bald. & Doctores *in l.*5. *ff. de verb. signif.* Bertachin. *in tract. de Episc. p.*2. *lib.*4. *quæst.*15. Aloys. Ricc. *in dec. Curiæ Neapol. dec.*149. *num.*1. *part.*1. & pro certo supponitur à Rota *dec.*79. *num.*6. *p.*1. *recentior.* & hanc partem sequitur prædictos referens novissimè Sperell. *in decis. fori Ecclesiast. dec.*14. *num.*21. contra Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop. Neapolit. cap.*1. *sub num.*18. Unde infert Sperell. *citato loco, num.*22. quod casus ab Episcopo reservati per ejus obitum expirant, nisi in Synodo facta fuerit reservatio, *& num.*23. quod exilium alicui ab Episcopo injunctum per illius mortem expirat.

24 Et hujusmodi edicta, seu ordinationes factæ in Synodo diœcesana sunt perpetuæ, & non expirant morte conditoris, Gloss. *verb. statuto, in d. cap. ut animarum*, Zerol. *in praxi Episcop. part.*1. *verb. edicta*, §.3. Alzedo *d. cap.*1. *num.*41. quæ quidem statuta Episcopus cum consilio Capituli sui facere tenetur, *cap. Episcopus*, 24. *distinct.* Videtur enim res ardua, licèt illud sequi non teneatur, & satis erit consilium perquisivisse, licèt postea dissentiat. Quarant. *in summ. Bullar. verb. Synodus, vers. in privatis*, Piasec. *dict. part.*2. *cap.*2. *n.*8. Franc. Leo *in thesaur. fori Eccles. part.*1. *cap.*9. *n.*15. me citato *in hoc loco*; Ciarlin. *controvers. forens. lib.*1. *cap.*61. *n.*11. Bonacin. *de legib. disput.*1. *quæst.*1. *punct.*3. *n.*24. Homobon. *de examine Ecclesiast. p.*3. *tractat.*15. *cap.*7. *q.*20. *resolut.*5. *vers. unde*. Et addit Ciarlin. *ubi suprà, num.*12. esse intelligenda de statuto Synodali, non tamen de edictis, vel banniments, & cridis Episcoporum, quæ fiunt extra Synodum pro bono regimine diœcesis, in quibus non requiri consilium Capituli asserit: nam super statu Ecclesiæ non potest Episcopus sine Capitulo aliquid statuere, *c. quanto, de his quæ fiunt à Præl. sine consensu Capituli*, Joan. Andr. *in cap. unic. num.*1. *de cleric. non resid. in* 6. ubi Franch. §. *statuimus, num.*2. Gemin. *num.*5. Felin. *in cap. cùm omnes, num.*9. *de constit.* ubi Dec. *num.*7. *in* 2. *disput.* Abb. *in cap. ad audientiam, de cleric. non resid.* Lotter. *de re benefic. lib.*1. *q.*21. *à num.*97. hoc ipsum limitantes in casu, quo Episcopus tollere vellet consuetudinem super non residentia Canonicorum; nam si Ecclesia valde indigeret ministris, posset solus Episcopus per statutum tollere hujusmodi consuetudinem: non tenebitur tamen ipse Episcopus ubi sine Capitulo aliquid statuere non potest, ejus consilium sequi, ut scripsit *sacra Congregatio Patriarchæ Venetiarum, die* 27. *Aprilis* 1592. & refert Piasec. *dict. c.*2. *num.*8. & infrà latè probabimus.

25 Nec item obligatur ante Synodi publicationem ea mittere ut Provincialia; sic enim *eadem Sacra Congregatio rescripsit Episcopo Ostiensi*, teste Quarantà *dict. verb. Synodus diœcesana, in fine.* Capitula verò quævis possunt de Jure statuta condere in iis, quæ universalem statum suæ Ecclesiæ, vel interesse Episcopi minimè concernunt, etiam sine Episcopi consensu, gloss. *verb. statutum, in cap.*2. *de verb. signif. lib.*7. Calder. *cons.*2. *num.*2. *de constit.* ubi eatenus exigi vult consensum Episcopi, quatenus expressè requiritur, Butr. *in cap. constitutus, num.*25. *de rescript.* qui tamen facit differentiam inter capitulum Cathedralis, & alia Capitula Collegiatarum inferiorum, Abb. *in cap. cùm accessissent, n.*4. & *ibi* Dec. *n.*8. *de constit.* Ferret. *cons.*286. *num.*1. veluti in ordinatione chori, ut fuit decisum *in Illerden. statuti*, 19. *Martii* 1577. coram *Corduba*, & ubi accedit Episcopi consensus, potest statuere etiam circà ardua, & concernentia universalem statum Ecclesiæ, Capr. *reg.*9. *n.*1. Seraph. *dec.*1447. *n.*1. & 2. & fuit dictum *in Paduana sedilium*, 18. *Maii* 1618. coram *Card. Sacrato*, ubi etiam fuit animadversum, consensum Episcopi hoc casu colligi ex scientia, & ipsius tolerantia, refert Lot. *de re benef. lib.*1. *q.*14. *n.*88. *cum seqq.*

26 Sed nunquid Episcopus suis Constitutionibus teneatur, in eisque dispensare valeat? tractavi suprà *alleg.*34.

27 Hic tamen advertendum duxi, difficilem esse quæstionem illam, an Prælatus, qui in suis Constitutionibus, vel per edictum publicavit in tota sua diœcesi excommunicationem latæ sententiæ ipso jure incurrendam contra clericos omnes, tam ludentes, quàm ludum spectantes, incidat in eam ipsemet, & qui cum eo aliqua die recreationis gratiâ luserit? In qua tenet una sententia, ipsum Episcopum non esse excommunicatum, quia sermo generalis non comprehendit personam loquentis, *l. inquisitio, C. de solutionibus, cap. petitio*, ubi bona gloss. *de jurejurand.* Guid. Papæ *singul.*479. ludentes tamen cum ipso remanere vinculo excommunicationis obstrictos, ut resolvit Joan. Ancharan. *in repet. cap. canonum statuta, num.*183. *de constitut.* ubi ostendit non esse absurdum, quod in actu inseparabili unus peccet, alter minimè, unus puniatur, alter non; ex *cap. proposito*, 32. *q.*5. sequitur Mar. Alter. *de censuris tom.*1. *disp.*10. *de causa excommunicat. lib.*3 *cap.*5. *littera F.* Sed salva ejus pace, mihi ultimum non placet, quia Episcopus auctor edicti ludendo cum eo censetur dispensasse, ut communiter notant Doctores *in cap. at si clerici*, §.1. *de jud.* tum quia exemptio uni concessa, extenditur ad socium, *cap. licet, de privil. in* 6. tum quia quando quis eximitur ab interdicto, intelligitur exemptus cum socio, *cap. quod in te, de pœnit. & remiss.* tum denique, quia actus ludendi est individuus, quoniam non potest exerceri, nisi cum alio: sed in individuis victoria unius prodest alteri, *l.*2. *& 3. C. si unus ex pluribus.* Ideò meritò hanc sententiam amplectitur Alzed. *d. p.*1. *c.*5. *num.*21. & Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut.*162. *& res.*211. tenet † Episcopum, qui commisit contra præceptum in 28
diœcesi alterius Episcopi sub pœnâ excommunicationis, incidere in illam.

Episcopale statutum extrà territorium suum delinquentem non ligat, Rota *decis.*165. *n.*3. & 4. *in novissim.* aliàs *p.*4. *divers.*

Statuta, quæ concedit Episcopus, non debent contraire sacris Canonibus, *cap. institutionis*, 25. *quæst.* 29
Clement. ne Romani, de elect. cum similibus. Abb. *in cap. fin. de consuetud. n.*7. & 8. & *ibi* Roch. de Curte *sect.*3. *num.*79.

num.7.9.& 11. Hentic.Bott.*de Synodo Episcopi part.3. art.1.conclus.8.à num.36.* Alber. de Rosatis *in tract. de statutis, p.1.quæst.7. versic.sed quid si statutum,* Piasec. *in praxi nova Episcopal. dict.cap.2. num.7.* Fr.Emman. *in sum. tom.4. c.67. num.13.* Anguian. *de legibus lib.2. controvers.2.& 3.* me citato *in hoc loco,* Alzed.*dict.p.2. cap.1.num.42.* Lotter.*d.lib.1.q.21.num.100.* me citato *in hoc loco,* Sperell.*decis.66.n.4.* Ugolin.*de officio Episcopi,c.48.n.4.* Bonacin. *de legib.disp.1.quæst.1.punct.3. num.33.*Marta *de jurisdict.part.2.cap.38.num.18.& 19.* Steph.Gratian. *discept.forens. cap.894. num.14. & 15.* me citato *in hoc loco,*Ciarlin.*dict.lib.1.cap.21.num.17.* Certum est enim Episcopum, & quemlibet Ordinarium posse facere statuta, etiam pœnalia, & ipso jure pœnam infligentia, Juri tamen Canonico non adversantia, *cap. ut animarum*, ubi gloss. *de constit. in 6.* Carpan. *ad statuta Mediol. in præl. num.39.* Fusch. *de visit. lib.1.cap.33.num.3.* Ugolin. *de offic.Episcop.c.47. num.2.* Piasec. *dict.p.2. c.2. num.7.* Bonacin. *d.punct.3. num.21.* Ciarlin. *d.c.61.num.1.* quorum aliqui multùm insudant in reddenda ratione quare Prælati inferiores Summo Pontifice possint inducere consuetudinem contra Jus Canonicum, seu contra Canones, juxta *dict. cap. fin.* & non possint contra eos statuere: ex aliis illa optima est, quam indicant Abb. *in d.c. fin. num.8. in fin.* & Felin. *in d. cap.quod super his, num.3.* quod consuetudo contra Canones non tam assumit vires ex tacito consensu virorum Ecclesiasticorum, eorumve potestate, quàm ex auctoritate Summi Pontificis permittentis, & concedentis induci consuetudinem contra Canones *in dicto cap. fin.* cùm tamen id non permiserit in statutis, immò expressè prohibuerit, *Clement. ne Romani,* & aliis Juribus suprà allegatis. Sicut Episcopus contra Jus statuere non potest, ita etiam nec contra consuetudinem rationabilem, & legitimè præscriptam, ex eo quia consuetudo parem vim habet cum lege, *l. de quibus, ff. de legibus, §. ex non scripto, Instit. de jure natur. cap. consuetudo, dist.1.* Guid. *sing.803.* Bernard. Grevæ. *ad pract. Cameræ Imper.lib.1. conclus.3.* & venit appellatione juris. Mench. *frequent. c.3. n.2.* tum quia si Episcopus potest statuere contra Jus, conformando se cum consuetudine contra illud inducta, ut resolvunt citati *num.seq.vers.quintò:* ergo nullo modo poterit statuendo conformare se cum jure, contra quod inducta est consuetudo illud abrogans, contraria enim simul esse non possunt, *l.mutuis, ff.pro socio, l.1.de furtis,*quia tunc ad positionem unius sequitur remotio alterius, *l. si inter, ff.de except. rei judic.*Surd.*dec.14.n.10.& cons.211.n.16.*

30 Amplia ut etiam nulla Religio condere possit statutum contra Jus commune Canonicum, nisi speciali privilegio hanc ei facultatem concedente decoretur, ut apertè sumitur ex *c. quod super his, de majorit. & obed.* tradunt Fr. Emman. *qq.Regul.tom.1.q.10.art.3.& tom.3. quæst.11.art.1. circa med.* Miranda *in man. Prælat.tom.1. quæst.19. art.7.vers.secundò præmitto,* Suar. *de legib. lib.6. c.26. num.4.* Duar. *in Bullam Cœnæ lib.1. c.1. quæst.1.num.7.*Greg.*decis.267.n.7.& 8.* & tunc statutum dicitur contra Jus Canonicum, quando aliquid contra aliquem Canonem, vel legem Pontificiam disponit, ut censuit Rot. *dec.197.num.1.p.1.recent.*exempli gratiâ, statutum excludens à beneficiis certum genus personarum, dicitur contra Jus, ut fuit dictum in Rota *decis.65. n.7. p.1.recent.* quia est contra *c.ad decorem, de instit.*

Verùm licèt Episcopus ex supradictis non possit statuta condere contra Jus, bene tamen potest præter jus, *cap. fin.* ubi gloss. & Doctores hoc notant, *de constit.*Bald. *in c.cùm dilectus,n.13. de consuet.*Calderin. *cons.5. num.2. de constit.* prout eos refert Rot. *in Burgen.de Velorado,9.Junii 1599.*coram *D. Litta,* impressa per Farin. *decis.15.num.2.part.2.recent.* Observandum est, quod statutum factum à Capitulo circa rem licitam & confirmatam ab Episcopo, est validum, *c.2.§.cæterùm,* & *ibi* gloss.*verb. statutum, de verbor. signif.in 6.* Oldrad.*cons.259.n.4.in fine,* Federic.de Senis *cons.100. num.2.* quos refert, & sequitur Rot.*in Versell. opinionis, 28. Maii 1612.* coram *R.P.D. Pirovano,* impressa per Farin. *dec.398.n.1.p.2.recent.*

Utrum in discernendo & statuendo, quæ visa fuerint opportuna in Synodo, teneatur Episcopus sequi consilium Capituli? Quæstio est dubia, in qua videtur negativè respondendum ex eo, quia facultas condendi hujusmodi statuta dicitur esse meri imperii maximi, ut docet Bart. *in l. imperium, num.8.ff.de jurisd. omnium jud.*quam exornat Sbar.*de legib.lib.1.c.8.à n.6.* justum autem merum imperium est in Episcopo, ut per Bald.*in rub.sub n.7.ad finem,vers.vel dic quod Episcopus,de Constit.* Imol. *in c.cùm contingat, n.2.* per eum text. *de foro comp.* ac proinde prædicta potestas pendet à jure monarchico constituto in ipso Episcopo, & per consequens incommunicabili Capitulo, aut cuivis alteri, quod ultra text. & in illius rationem *in l.1. de officio ejus, cui est mandata jurisdict.* in terminis his nostris optimè firmat Suar. *in tract. de legibus, lib.4. cap.5. in 2. dub.* Ut propterea quod scriptum legitur *in cap.novit, & c. quanto, de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Cap.* circa consilium requirendum per Episcopum, veniat restringendum ad statuta super alienationibus bonorum Ecclesiæ, ut advertit Suar. *loco præcitato*, vel ad judicia, & sic ad jurisdictionalia, non autem ad ea, quæ pendent à mero imperio, & ipso jure monarchico; & nihilominus etiam in illis casibus, quamvis alioqui voluerint consilium in dictis Decretalibus sumi pro consensu, quæ fuit opinio Vincentii, & Goffredi; contraria tamen sententia verior est, cùm nec in his Capitulum aliud habeat, quàm simplex consilium absque ulla necessitate Episcopi illud sequendi, ut *in eo cap. quanto,* præ cæteris docet Host. *sub n.1. vers. vel dic quod cogitur,* Abb. *num.4. & sub n.5. vers. & est mihi indubitabile,* plures citat Mandos. *de inhibit. q.192. num.2.* & hanc esse communem sententiam agnovit Rot.apud Achill. *decis.57.* aliàs 2. *de offic. Ordin.sub n.7.vers. communis tamen,* ubi *num.3.* ait non reperiri textum aliquem per quem probetur exigi consensum, & singulas rationes,& auctoritates in contrarium discutit Put.*decis.92. à num.3.lib.3.*

In casibus tamen, qui sequuntur, posset Episcopus 31
statuere contra Canones, & Constitutiones Summorum Pontificum.

Primò ex causa urgenti non cogitata per Canonem, si nimirum Superior de facili consuli non possit, modò in hujusmodi statuto contra Canones ex urgenti causa condito, ipsa causa exprimatur, propter quam conditur statutum: ita Abb. *in d. cap. fin. num.10.*& *ibi* Curt.*d.sect.3.num.12.& 13.*Felin.*in d.c. quod super his,n.4.& in c.1.n.49.de constit.*Piasec.*d.c.2. num.7. vers.primò.* 32

Secundò, si aliquid statuat antequam Canon promulgetur, tenebit enim suum statutum, licèt contrarietur Canoni, text. *in c.1. de constitut. in 6.* annotarunt Felin. *in d. cap. quod super his, num.7. vers.fallit quintò,* Curte *d.sect.3.n.19.* Piasec. *in praxi nova Episc. d.n.7.vers.tertiò.* 33

Tertiò, si statueret contra Jus solùm in suum præjudicium, respectu juris quærendi sibi, suæve Ecclesiæ, *c.cùm dilectus,juncta gloss. verb. constitutum,de consuetud.*Felin.*in d.c.quod super his,n.4.*Piasec. *d.n.7.vers. quartò:* nam in quærendis valet statutum in præjudicium Ecclesiæ, quando non odio, sed bono zelo factum est. Covar. *in reg.possess.p.2.§.4.n.9.vers. tertiò,* Mench.*usufreq.c.9.* Menoch.*cons.350.num.6.*Card.Pereira *de empt.c.8. n.33. & 37. & cons.48. n.22.* Cened. *practicarum quæstionum lib.1. q.35. n.19.& 20.* Verùm ab hac resolutione meritò discedit Curt. *d. sect.3.* 34

num.

*num.*13. ex eo, quia hujusmodi statutum generale præjudicans Ecclesiæ esset irrationabile, ideóque non valeret, *c.*1. cum ibi not. *de constit. in 6. cap. erit autem lex, dist.*4. Non obstat tamen *d. c. cùm dilectus*, quia procedit eo quòd patronus id petiit tempore fundationis ab Episcopo, qui potest consentire favore fundationis & constructionis novarum Ecclesiarum, per ea, quæ resolvunt Rebuff. *in tract. de pacificis possess. n.*111. Perez *l.*1. *vers. de quibus in foro, tit.*6. *Ordin. pag.*147. Nec etiam obstat illa Doctorum resolutio, quod in quærendis valet statutum in præjudicium Ecclesiæ, quia procedit in casibus particularibus, in quibus nulla fit prohibitio à jure, & possunt Prælati desistere à tali præjudicio: nos verò loquimur ubi fieret statutum generale pro aliqua Ecclesia, diœcesi, vel provincia, per quod fieret præjudicium irreparabile, & illud quidem in omnibus casibus contingentibus.

35 *Quartò*, quando Episcopus statueret contra Canones, qui conditi sunt principaliter in favorem clericorum, & illud statutum à subditis clericis acceptaretur, dummodo principaliter conditi non fuissent in favorem publicum, vel Ecclesiæ. Curte *d. sect.*3. *n.*28. quia favori suo quilibet potest renuntiare, *c. Ad apostolicam, de regular. l. si quis in conscribendo, C. de pactis*, & jus publicum pactis privatorum tolli, vel mutari non potest, *l. jus publicum, ff. de pactis, c. si diligenti, de foro compet.*

36 *Quintò*, quando statutum Episcopi contra Jus esset conforme consuetudini, quæ contra Jus in illa Ecclesia inducta est, Felin. *in d. c. quod super his, num.*10 *in fine*, Butr. *in d. c. dilectus, col.*10. *vers. ex quo infertur*, Curte *d. sect.*3. *n.*24. Piasec. *d. n.*7. *in fine.*

37 *Sextò*, quando Episcopus statueret circa aliquod dubium Juris, quia tunc super hoc dubio ejus statutum disponens in alteram partem valeret, Phil. Prob. *in c. unic. n.*48. *& seq. de clericis non resid. in* 6. Felin. *in d. c. quod super his, n.*9. *circa fin.* Hojed. *de incompatib. benef. p.*1. *cap.*17. *n.*12. Curt. *d. sect.*3. *num.*23. Piasec. *d. n.*7. *vers. septimò.*

38 *Septimò*, quando statutum adderet Juri communi imponendam novam pœnam, gloss. *in Clement. ne Romani, verb. tolli, de elect.* Curt. *d. sect.*3. *n.*22. Duen. *regul.* 151. Henric. Bott. *p.*3. *art.*1, *concl.*13. quia lex superioris per pœnæ adjectionem potest juvari ab inferiore, Perez *l.*1. *tit.*1. *lib.*5. *Ord. pag.*23. Gutier. *pract. lib.*2. *q.*1. *n.*14. Sanch. *de matrim. lib.*3. *disp.*47. *n.*12. Fr. Molin. *de ritu nupt. lib.*2. *differ.*7. *n.*63.

39 *Octavò*, quando Episcopus statueret contra Canones in casibus, in quibus de Jure potest dispensare, Curte *d. sect.*3. *num.*21. Qui autem sint casus, in quibus potest Episcopus dispensare contra Jus commune, adduco ego ipse *alleg.*35.

ALLEGATIO XCIV.

Episcopus an teneatur stare locationi prædecessoris.

SUMMARIUM.

1 *Episcopi successor non tenetur stare locationi prædecessoris, nisi tribus concurrentibus, primò quod locatio fuerit facta nomine Ecclesiæ, secundò quod sit facta pro utilitate Ecclesiæ, tertiò quod pecunia sit conversa in utilitatem Ecclesiæ.*

2 *Successor in beneficio tenetur stare locationi, quando Sum. Pont. concederet licentiam locandi ad tot annos, eo adjecto, ut illis durantibus conductor à nemine molestaretur.*

3 *Successor in beneficio tenetur stare locationi pro anno incepto.*

4 *Successor in beneficio tenetur stare colono, existente loci consuetudine.*

5 *Prælatus ubi tenetur stare locationi prædecessoris, potest de novo exigere à conductore pensionem prædecessoris anticipatè solutam.*

6 *Prælatus sciens se repudiaturum prælaturam, non obligat successorem, etiamsi faciat locationem nomine Ecclesiæ.*

7 *Conductor anticipatè pensionem solvens, si à successore pro ea de novò obligetur, habet recursum contra hæredes locatoris, si solvendo fuerint.*

8 *Successor in beneficio recipiendo pensionem, videtur consentire locationi pro anno, pro quo illa recipit.*

9 *Scholaris si locaverit fructus sui beneficii, ut posset in litterarum studio vivere, vel illic gradum sumere, si intra locationis tempus decedat, successor in isto beneficio tenebitur stare locationi.*

10 *Canonici Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ locantes fructus suarum præbendarum, nullo casu hujusmodi locationibus successores obstringunt.*

11 *Hæredes, vel fidejussores Prælati, qui fecit locationem, si ipse decedat ante illius impletum tempus, non tenentur de evictione, neque conductor ab eis petere potest quantum sua intersit locationem impleri.*

12 *Prælatus, sive Rector, si ex causa renunciationis, vel permutationis libere dimittat suum beneficium, ejus hæredes, & fidejussores in locatione de eo facta tenentur de evictione locatoribus.*

13 *Prælatus quando bona sui beneficii locat tanquam libera, tunc ejus hæredes, & fidejussores de evictione tenentur.*

14 *Locator beneficii, seu majoratus, quando pro securitate vitæ suæ, & validitate totius temporis contractus locationis bona sua generaliter, sive specialiter obligaverit, vel fidejussores dederit pro solutionibus anticipatis, tunc ejus fidejussores tenentur stare conventioni.*

15 *Conductor poterit recedere à locatione in illis casibus, in quibus mortuo locatore successor non tenetur illi stare.*

REGULARITER Prælatus successor, aut quilibet beneficiarius, non tenetur stare locationi, vel conductioni prædecessoris, si nomine proprio locavit fructus, & redditus Episcopatus, vel beneficii in suam utilitatem ad tempus jure, vel Synodali Constitutione permissum, ipseque ante tempus locationis expletum decedat. Quando verò Prælatus administrationem habens, non nomine proprio, sed uti Rector, & nomine Ecclesiæ, debita Juris solemnitate servata, locationeque ad tempus jure permissum facta, contraxit, ac locavit, ejus successor tenetur stare locationi. Dixi, *debita Juris solemnitate servata*, quia quatuor concurrentibus illam servari in hac materia convenit: primò, quod locatio fuerit facta nomine Ecclesiæ: secundò, quod sit facta pro utilitate Ecclesiæ, tertiò quod pecunia sit conversa in Ecclesiæ utilitatem, quartò quod interveniat auctoritas Superioris. Colliges hæc ex gloss. *verb. terminum, in c. ult. ne Prælati vices suas*, Covar. *var. lib.*2. *c.*15. *n.*6. Molin. *de primogen. lib.*1. *c.*21. *à principio*, Caroc. *de locato, p.*3. *tit. de rebus Ecclesiæ locandis, q.*1. *cum sequentibus*, Mich. Graff. *tom.*2. *commun. opin. lib.*4. *tit.*43. *n.*40. *pag.*667. ubi Viv. *n.*123. *pag.*661. Spin. *in speculo testament. gloss.*19. *princip. n.*41. Card. *in praxi judiç. & advocatorum, verb. fructus, n.*23. *& verb. locatio, num.*6. Marc. Anton. Genuens. *in praxi curiæ Archiepisc. Neap. cap.*97. Cavalcan. *decis.*44. *n.*4. *p.*1. *& in decis.*25. *à n.*1. *part.*5. Gutier. *Canon. lib.*1. *cap.*36. & remissivè *de tutelis part.*2. *c.*20. *num.*10. Cardin. Puteus *decis.*176. *&* 181. *p.*1. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.*4. *collect.*1007.

& collect. 105 §. *in fine, & in praxi fori Eccleſiaſt. deciſion.* 117. *in prima edit. & reſolut.* 97. *in ſecunda edit.* Flamin. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 47. Surdus *deciſ.* 35. *num.* 7. *& deciſ.* 40. *num.* 7. *& deciſ.* 152. *num.* 1. Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 37. *à num.* 8. *& cap.* 606. *num.* 1. *cum ſeqq.* Bonacina *de contract. diſp.* 3. *q.* 7. *punct. ult. num.* 10. *verſ. reſpondeo ſecundò,* noviſſimè me citato *in hoc loco,* Ciarlin. *controv. forenſ. lib.* 1. *c.* 93. *num.* 12. *cum ſeqq.* Morl. *in emporio juris, part.* 1. *tit.* 10. *quæſt.* 2. *num.* 20. Doct. Barboſ. *in l. ſi filiofamilias,* §. *ult. à n.* 17. *ff. ſoluto matrim.* Mart. *de juriſdict. p.* 4. *caſu* 98. *num.* 8. *& in votis noviſſimarum deciſionum, voto* 180. Cardin. Tuſchus *pract. concluſ. verb. locatio, concluſ.* 419. Stephan. Quarant. *in ſumma Bullarii, verb. Alienatio, num.* 19. Molin. *de Juſtitia, tract.* 2. *diſp.* 492. *verſ. quod denique,* Mar. Anton. *var. reſol.* 45. *n.* 1. Joan. Bapt. Ferret. *conſ.* 317. *vol.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 25. *cap.* 34. *num.* 528. *cum ſeqq.* Azor. *inſtitut. moral. p.* 3. *lib.* 8. *de locato, & conducto, c.* 6. *num.* 7. Rebell. *de obligat. juſtit. p.* 2. *lib.* 14. *quæſt.* 11. *num.* 17. Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 32. *& de empt. cap.* 26. *num.* 5. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambiguis convent.* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſiaſt. q.* 137. plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretal. collect.* 76. *n.* 5.

2 *Primò* limita, quando Summus Pontifex concederet licentiam locandi ad tot annos, & ut dicto tempore durante conductor à nemine, nec à ſucceſſoribus in beneficio moleſtari poſſit, Mandoſ. *de Signatura gratiæ, tit. de indulto locandi, verſ. ſupponamus,* Quaranta *d. verb. Alienatio rerum Eccleſiæ, num.* 39. *verſ. quando,* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 97. *n.* 4.

3 *Secundò* limita, quando inchoatus eſſet annus, vel laborerium, & res non eſſet amplius integra, & præſertim ſi recollectio fructuum eſſet de proximo, quo caſu pro anno incepto ſucceſſor in beneficio tenetur ſtare locationi, Franc. Marc. *Delphin. deciſ.* 196. *colum. fin. p.* 2. Marc. Anton. Genuenſ. *in praxi, dict. c.* 97. *num.* 3. Cavalcan. *deciſ.* 44. *num.* 32. *p.* 1. Quarant. *ubi proximè,* Piaſec. *in praxi nova Epiſc. p.* 2. *c.* 5. *num.* 32. *verſ. tertius caſus,* Marc. Anton. *d. reſol.* 45. *num.* 3. Ozaſc. *deciſ.* 81. *num.* 10. Bonacin. *d. q.* 7. *punct. ult. n.* 10. *verſ. hæc doctrina,* Gratian. *d. cap.* 606. *num.* 9. me citato *in hoc loco,* Ciarlin. *d. cap.* 93. *num.* 15. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 97. *num.* 5. qui hoc ad ipſum conductorem extendunt, ſcilicet ut pro anno cœpto non poſſit recedere à locatione, ut quia fortè videret parum utilitatis conſequuturum, de quo etiam Quaranta *dict. verb. alienatio, num.* 29. *verſ. & hic caſus,* Bonacin. *d. num.* 20. *verſ. hæc doctrina,* Gratian. *dict. cap.* 606. *num.* 16. me citato *in hoc loco,* Ciarlin. *d. cap.* 93. *num.* 17.

4 *Tertiò* limita, exiſtente conſuetudine loci, quæ obſervet, ut ſucceſſor in beneficio teneatur ſtare colono, Franc. Marc. *deciſ.* 144. *p.* 1. Quarant. *d. n.* 16. *in fin.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 97. *n.* 7.

5 Advertendum in hac materia eſt, quod ubi Prælatus tenetur ſtare locationi prædeceſſoris, poteſt de novo exigere à conductore penſionem prædeceſſori anticipatè ſolutam, Gig. *de penſion. quæſt.* 88. *à num.* 1. Cardin. Tuſch. *dict. concl.* 419. *num.* 15. Surd. *deciſ.* 326.
6 *num.* 79. ubi *num.* 80. reſolvit quod † Prælatus ſciens ſe repudiaturum Prælaturam, non obligat ſucceſſorem, etiamſi faciat locationem nomine Eccleſiæ. Bonacina *d. num.* 10. *verſ. tertiò,* Gratian. *d. c.* 606. *num.* 11. Barth. Scapuc. *de ſingul. ſucceſſ. ampl.* 16. *num.* 5. *&* 6. me citato
7 *in hoc loco,* Ciarlin. *dict. cap.* 93. *num.* 16. † Habebit tamen conductor recurſum contra hæredes locatoris, ſi ſolvendo fuerint, ſecundùm reg. *l. pro hæreditariis, C. de hæred.* D. Barboſa *in l. ſi filiofamil.* §. *fin. num.* 2. *ff. ſolut. matr.* Surd. *d. deciſ.* 326. *n.* 47. Cald. Pereira *de emption. c.* 25. *num.* 6.

8 Succeſſor in beneficio recipiendo penſionem, videtur conſentire locationi pro anno, pro quo illam recipit. Cavalcan. *d. deciſ.* 25. *n.* 3. Marc. Anton. *d. reſ.* 45. *n.* 4. Surd. *deciſ.* 33. *n.* 1. *& deciſ.* 264. *n.* 13. *& deciſ.* 265. *n.* 15. Put. *deciſ.* 180. *p.* 1. quia quando locatio non obligat ſucceſſorem, tunc Prælatus recipiendo penſionem, non cenſetur illam confirmare ultra tempus perceptæ penſionis. Surd. *deciſ.* 33. *n.* 9.

Singulare eſt, quod Scholaris ſi locaverit fructus ſui 9
beneficii per triennium, vel aliud minus tempus, & pecunias illius temporis receperit, ut poſſet in litterarum ſtudio vivere, vel illic gradum ſumere, ſi intra hoc tempus decedat, ſucceſſor in illo beneficio, quamvis nullum jus à prædeceſſore haberet, tenebitur ſtare illi locationi, quia cenſetur facta in utilitatem Eccleſiæ, Rebuff. *de privilegiis ſcholarium, privil.* 26.

Canonici Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ lo- 10
cantes fructus ſuarum præbendarum, nullo caſu hujuſmodi locationibus ſucceſſores obſtringunt, quia fructus hujuſmodi ſemper ad eorum pertinent utilitatem, Abb. *in cap. ex litteris, num* 7. & *ibi* Dec. *n.* 9. *de probat.* D. Barboſa *dict.* §. *fin. num.* 27. *ad fin.* Tuſch. *dict. concluſ.* 419. *num.* 16. 24. *&* 25. ubi etiam extendit ad omnem ſimplicem beneficiatum, qui non habet adminiſtrationem.

Quæres opportunè, an hæredes, vel fidejuſſores Præ- 11
lati qui fecit locationem, ſi ipſe decedat ante impletum tempus illius locationis, in caſu quo ejus ſucceſſor illi non tenetur ſtare, teneantur de evictione, ita ut 15
conductor adverſus eos poſſit habere recurſum, & ab eis petere quanta ſua interſit locationem impleri intra tempus præfinitum. In qua quæſtione dicendum puto, prædictos hæredes, vel fidejuſſores ad nihil teneri, ut reſolvunt Anton. *in c. ult. n.* 9. *ne Prælati vices ſuas,* & *ibi* Innocent. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 36. *num.* 23. ſequitur D. Barboſa *in d.* §. *fin. num.* 21. *ad finem.* Pro quibus illud facit, quod talis locatio finita fuit morte locantis, ac ſi res ipſa locata periiſſet, ut aliàs inquit Juriſconſult. *in d. l. ſi quis domum,* §. 1. *ff. hoc tit.* ac proinde hæredes, ſive fidejuſſores locantis non tenebuntur, quia cogitare debebat conductor evenire poſſe ante declaratum tempus locationis locatorem poſſe decedere, cujus morte locatio extingueretur, *d.* §. 1. Quo fundamento in hæredibus poſſeſſoris majoratus idem amplexus eſt Molina *de primogen. lib.* 1. *c.* 21. *num.* 8. *&* 9. Per quod fundamentum idem dicendum eſt, etiamſi conductor in re locata plures expenſas fecerit, quaſi toto tempore locationis fruiturus, nec enim eas ab hæredibus locatoris conſequetur, tradit Valaſc. *de jure emphyt. q.* 25. *n.* 35. ſequitur Molina *d. n.* 9. Licèt contrarium in praxi ſervari dicat ipſe Valaſc. ne quis cum alterius jactura locupletetur, contra *regulam locupletari, de reg. juris in* 6. & propter æquitatem *l. ſi me & Titium, & l. ſi cùm ſervum, ff. ſi certum pet.*

Declarabis tamen *primò* ſupra poſitam reſolutionem, 12
ut non habeat locum eo caſu, quo Prælatus, ſive Rector ex cauſa renunciationis, vel permutationis, vel ex alia cauſa liberè dimittat ſuum beneficium, quia tunc hæredes, & fidejuſſores ipſius de evictione tenebuntur: ratio eſt, quia propter factum voluntarium conductor non potuit frui re conducta intra tempus in locatione declaratum: in qua ſpecie procedere poteſt *l. qui feudum* 32. *ff. locat.* multùm enim refert an Prælatus moriatur, an verò voluntariè dimittat beneficium: hoc enim voluntate, ſive facto partis contingit, illud verò voluntate Dei: quam declarationem tenent Gutier. *d. c.* 36. *n.* 25. *cum ſeqq.* D. Barboſa *d.* §. *fin. n.* 22.

Secundò declarabis non procedere quando Prælatus bona ſui beneficii locat tanquam libera, quia tunc 13
hæredes, & fidejuſſores de evictione tenebuntur, quod probari poteſt ex doctrina *l. ſi quis domum,* §. *fin. verſ. quid tamen, ff. locati,* per quæ idem in poſſeſſore majoratus locante bona majoratus tanquam libera, tenuit Molina *d. c.* 21. *n.* 11. & in noſtra ſpecie probavit Gutier. *d. c.* 36. *n.* 19.

Tertiò

14 *Tertiò* declarabis, non procedere quando locator beneficii, seu majoratus pro securitate vitæ suæ, & validatione totius temporis contractus locationis, bona sua generaliter, sive specialiter obligaverit, vel fidejussores dederit pro solutionibus anticipatis, vel pro interesse locationis totius temporis conventi; nam tunc conventio servanda erit, ex *d.l.§.conveniat, ff. depositi, & l. semper in stipulationibus, ff. de regulis juris, cum similibus.* Extra tamen hos casus obligatio generalis, vel specialis bonorum, vel fidejussores præstiti simpliciter pro securitate locationis, nihil quoad evictionem operabuntur: ratio est, quia sunt accessoria contractus, quo extincto ex natura ipsius, accessoria ut extinguantur necesse est, juxta vulgaria jura, & *l. si homo mortuus, ff. de verbor. oblig.* ut ex Anchar. tenet Gutier. *d.c.36.n.20.cum seqq.* Unde erat optima cautela, ut advertit Gutier. *ibid.n.29.* quod si clerici in prædictis casibus velint sibi providere, quando locant fructus suorum beneficiorum in triennium, juxta *d.Extrav. Ambitiosæ*, pactum illud in locationibus adjiciant, ut si ante tempus in locatione declaratum decesserint, aut promoti fuerint ad aliud beneficium, aut prælaturam, sive alio quocunque modo contingat beneficia illa detinere, & possidere, quod ad nihil teneantur ratione evictionis, sive interesse, imò potius ipsi, bona sua, hæredes, & fidejussores liberi remaneant.

15 *Ultimò* advertendum duxi, quod in illis casibus, in quibus Prælati successor non tenetur stare locationi per prædecessorem factæ, ita similiter nec conductor; quinimò poterit ab ea recedere, etiam invito successore, ut æqualitas inter eos servetur, & ne contractus claudicare videatur, *l. Julianus, §. si à pupillo, ff. de actionib. empti*, notant Molin. *d.c.21.num.4.* Gutier. *d.c.36. num.12.* refert plures D. Barbosa *dict. §. fin. num.20.* An autem, & quando successor in Episcopatu teneatur ad pensiones decursas tempore prædecessoris. Vide infrà *alleg.120.*

ALLEGATIO XCV.

Episcopus rerum Ecclesiæ alienationem quibus casibus facere possit.

SUMMARIUM.

1 *Doctores referuntur de bonorum Ecclesiasticorum alienatione tractantes.*

2 *Alienandi omnis modus etiam in casu licito, & servatis juris solemnitatibus, inconsulto Romano Pontifice hodie regulariter prohibetur.*

3 *Ecclesiarum res ultra triennium locari, aut alienari non possunt.*

4 *Triennium infra quod permittitur Ecclesiarum res locari, est computandum ex tribus fructuum collectionibus.*

5 *Locatio rerum Ecclesiæ facta ultra triennium, in totum vitiatur, nec quoad triennium sustineri potest.*

6 *Dictio*, omninò, *omni ex parte alienationem comprehendit.*

7 *Negativa quæ adjungitur dictioni* aliquid, *etiam in qualibet minima parte verificatur.*

8 *Locationem rerum Ecclesiæ factam ad plures annos, validam manere quoad dictum triennium, qui tenuerint, ostenditur.*

9 *Emphyteusis concessa in quartam, vel quintam generationem, quoad tertiam permissam valida est.*

10 *Donatio facta absque insinuatione ultra quingentos aureos, in excessu solùm vitiatur, & firma remanet in summa à jure permissa.*

11 *Concordantur prædictæ opiniones sub distinctione.*

12 *Tempus inutile ab utili inseparabile dicitur, quando constiterit contrahentes ad minus tempus non esse contracturos.*

13 *Locatio rerum Ecclesiæ in totum corruit, si ultra triennium fiat, quando tunc datur unicum pretium, seu merces.*

14 *Alienare prohibitus si locet ad longum tempus, locatio in totum vitiabitur.*

15 *Tempus licitum ab illicito separari dicitur, si ex conjecturis appareat contrahentes etiam pro tempore licito contracturos.*

16 Extrav. ambitiosæ, *ibi*, nullius momenti, de rebus Ecclesiæ non alien. *declaratur.*

17 *Locatio rerum Ecclesiæ si fiat ad duo triennia, eo adjecto pacto, ut post primum triennium incipiat secundum, omnino invalida est.*

18 *Triennium, intra quod Ecclesiarum res possunt alienari, ad unum, vel duos annos per statuta Episcoporum limitari valet.*

19 *Fructus Ecclesiarum an ultra triennium, intra tamen modicum tempus, alienari possint, ostenditur, &* n.20. & 21.

22 *Ecclesiæ res inconsulto Romano Pontif. in emphyteusim dari possunt in casibus à jure permissis, & de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim, & cum evidenti Ecclesiæ utilitate.*

23 *Alienari possunt Ecclesiarum res causa necessitatis ipsarum Ecclesiarum, ut si debitum urgeat ab ipsis Ecclesiis contractum, vel causa pietatis, aut pro redemptione captivorum, aut alimonia pauperum, vel quando res essent inutiles, aut incommodæ ipsis Ecclesiis.*

24 *Ecclesiarum res ex causa majoris utilitatis alienari possunt.*

25 *Contractus si sint utiles Ecclesiæ, etiamsi fiant sine solemnitate, sunt validi.*

26 *Emphyteusis perpetua bonorum Ecclesiæ concedi potest de rebus incultis parum utilibus Ecclesiæ.*

27 *Contractus ut videatur utrum sit utilis, vel damnosus Ecclesiæ, inspici debet tempus celebrationis ipsius.*

28 *Emphyteusis fieri non potest de manso, seu passalibus Ecclesiæ, nec præscriptio, aut præscriptus titulus admittitur.*

29 *Ecclesiæ res solitæ concedi in emphyteusim cum beneplacito Apostolico semel impetrato, si ad Ecclesiam revertantur, possunt iterum emphyteuticari absque solemnitate requisita in alienatione rerum Ecclesiasticarum.*

30 *Juramentum de non alienando sine Papæ licentia, non continet solita alienari.*

31 *Bona si sint solita venire in divisionem, sufficit ut in futurum etiam dividi debeant.*

32 *Res semel effecta alienabilis cum solemnitate, efficitur perpetuò alienabilis absque solemnitate, dummodo solitum non alteretur.*

33 *Res Ecclesiæ semel alienabilis, si cessavit prima causa concessionis, iterum alienari non potest.*

34 *Utilitas Ecclesiæ evidens tempore ultimæ concessionis debet adesse in nova concessione rei emphyteuticæ, & non sufficit adesse in antiqua.*

35 *Practica ponitur, qua utuntur Episcopi in præstando assensu super re solita alienari.*

36 *Solita concedi in emphyteusim ut bona dicantur, sufficit unica concessio, & esse elapsos quadraginta annos.*

37 *Res Ecclesiæ, quæ servando servari non potest, inconsulto Romano Pontifice alienari permittitur.*

38 *Res Ecclesiæ, quæ servando servari non potest, dicitur*

tur mobilis, quæ non durat triennio, vel usu consumitur, & non fructificat.

39 *Pretiosæ res mobiles, cùm immobilibus æquiparentur, sine causa, & solemnitate alienari non possunt.*

40 *Pecunia regulariter est de rebus, quæ servari non possunt, quia retenta nihil operatur.*

41 *Pecunia, quæ est destinata ad emptionem stabilium, censuum, vel mobilium pretiosorum, connumeratur inter immobilia, vel mobilia pretiosa, & tunc non potest alienari sine solemnitate.*

42 *Pecunia minoris comparandorum prædiorum causa destinata, absque decreto alienari non potest.*

43 *Pecuniæ magnæ quantitas, quæ est in Ecclesiæ proprietate, non in fructu, absque assensu Apostolico alienari non potest.*

44 *Pecunia in banchis campsorum posita censetur jure rerum immobilium.*

45 *Pecunia, quæ servatur pro aliqua futura necessitate, vel pro conservando magis patrimonio, aut pro locatione ad pompam, censetur jure rerum immobilium.*

46 *Redditus annui inter immobilia connumerantur, & ideò sine causa alienari non possunt: idem de juribus, & actionibus ad immobilia.*

47 *Pœnæ contra alienantes Ecclesiæ bona absque solemnitatibus requisitis, quæ sint in Extravaganti* Ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ, *constitutæ, ostenditur.*

48 Extravagans Ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alienandis, *an fuerit ubique recepta, ostenditur, & num.*49.

50 *Ecclesiæ res immobilis parva cum consensu Episcopi, absque solemnitatibus alienari potest.*

51 *Res exigui, seu modici valoris, quæ dicantur, arbitrio judicis relinquitur.*

52 *Repudiare legatum, vel hæreditatem, aut rem Ecclesiæ non incorporatam, potest Prælatus absque solemnitatibus.*

53 *Statutum in præjudicium Ecclesiæ valet in quærendis, quando laici non odio Ecclesiæ, sed bono zelo faciunt.*

54 *Ecclesiarum res non solùm acquisitæ, sed etiam acquirendæ, non possunt absque solemnitatibus alienari.*

55 *Permutatio inter Rectores Ecclesiarum de bonis Ecclesiasticis licitè fieri potest.*

56 *Assensus Apostolicus non requiritur in alienatione ab una Ecclesia alteri Ecclesiæ facta.*

57 Cap. casellas, 10. q. 2. & c. sine exceptione, 12. q. 2. *declarantur.*

58 *Ecclesiarum res sine solemnitatibus alienari possunt, quando summa alienandi necessitas instaret, & Papa de facili adiri non posset.*

59 *Bona relicta, & donata Ecclesiæ, quæ est incapax retinendi etiam in communi, possunt alienari sine solemnitatibus, & pretium converti in Ecclesiæ necessitatem.*

60 *Regulares ipsorum bona alienare possunt ex pluribus privilegiis sibi concessis.*

Regulares indigentes victu, nec reperientes qui credito illis tribuat, nec valentes consensum expectare summi Pont. an possint absque dicto consensu, & absque incursu censurarum res pretiosas in pignus tradere, aut pecunias ad cambium sumere, si aliter non reperiant, ibid.

61 *Ecclesiarum bona restitutioni subjecta, absque solemnitatibus restitui possunt.*

62 *Alienari possunt Ecclesiarum res ob remunerationem meritorum.*

63 *Transactio potest absque solemnitatibus fieri super aliqua re Ecclesiæ, cujus possessio non sit penes ipsam.*

64 *Caducitatis remissionem emphyteutæ Ecclesiæ potest solus Prælatus seu Rector, absque solemnitatibus facere.*

65 *Emphyteuta excusatur à commisso, si Prælatus etiam solus absque Capitulo recipiat pensiones post commissum decursas.*

66 *Ecclesiæ res, quæ inconsulto Romano Pontifice alienari non possunt, remissivè.*

67 *Bona mensæ Episcopalis sunt, quæ principaliter ad illius sustentationem sunt deputata, & nullum alium Rectorem habent præter ipsum Episcopum.*

68 *Bona de mensa Ecclesiæ dicuntur ea, quæ perpetuò unita fuerunt Ecclesiæ, atque ita, quæ nunquam alteri ab Ecclesia post à se quæsitum dominium concessa fuerunt.*

69 *Alienare, aut in perpetuam emphyteusim concedere non potest Prælatus ea, quæ sunt de mensa Ecclesiæ.*

70 *Capituli assensus ultra Apostolicum requiritur in alienatione bonorum mensæ Episcopalis separatæ à mensa Capitulari.*

71 *Assensus Apostolicus super alienatione rerum Ecclesiæ de stylo Curiæ Romanæ quando concedatur, & quibus personis, ostenditur.*

72 *Assensus Apostolicus ex lapsu triginta, vel quadraginta annorum cum possessione præsumitur.*

73 *Solemniter omnia intervenisse præsumuntur ex longissimo temporis cursu, nisi ex inspectione instrumenti appareat solemnitatem non intervenisse.*

DE bonorum Ecclesiasticorum alienatione 1
tractant Redoan. *in speciali tract. de rebus Ecclesiæ non alienand.* Peret. *in commentar. ad Extravag. Ambitiosæ, illo tit.* Navar. *de alienat. rerum Eccles.* Villalob. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 35. *cum sequent. pag.* 249. ubi Bonacos. & Suar. *à num.* 51. Valdes. *ad Xuar. p.* 2. *pag.* 97. Menoch. *de arbitrar. casu* 172. Rebuff. *in compendio alienat.* Mascard. *de probat. concl.* 75. Perez *lib.* 10. *tit.* 2. *l.* 1. *Ordin. pag.* 51. Quaranta *in summa Bullarii, verb. alienatio rerum Ecclesiæ,* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *cum sequent.* Camill. Borell. *in summa omnium decis. tit.* 16. *de rebus Ecclesiæ non alienan.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis.* 1. *cum multis sequent. in utraque edit.* Marc. Anton. *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 21. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.* 1. *c.* 15. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 61. *cum sequentibus,* Ugolin. *de potestate Episcopi, c.* 14. §. 4. *cum sequentibus,* Molin. *de Justit. tract.* 2. *disput.* 465. *cum seqq.* Gutier. *de jurament. confirmat. p.* 1. *c.* 52. & *practic. lib.* 1. *q.* 8. novissimè Bonac. *tract. de alien. bonorum Ecclesiast.* novissimè me pluries citato *in hac alleg.* Ciarlin. *controv. forens. lib.* 1. *c.* 105. *per tot.* novissimè etiam Marcel. Vulpe *in praxi jud. fori Eccles. c.* 7. *per tot.* Lezana *in sum. qq. Reg. tom.* 1. *c.* 10. Amat. *cons.* 63. & *seq.* Ant. Navar. *alleg.* 30. *cum seq.* Joan. Baptista Thoro *in compendio dec. Neapol. verb. Alienatio rei Ecclesiæ,* Intrigl. *dec.* 44. Camill. de Laratha *cons.* 37. Thesaur. *qq. forens. lib.* 3. *q.* 37. Fachin. *lib.* 1. *cons.* 71. & *lib.* 3. *cons.* 24. & 45. Valenzuel. *cons.* 3. *p.* 1. novissimè me sæpissimè citato *in hac alleg.* Castro Palao *in opere morali, tom.* 1. *tract.* 12. *q. unica, puncto* 14. & 15.

Nullus olim poterat res, aut bona Ecclesiæ in- 2
consulto Episcopo alienare, *cap. Abbates, & cap. placuit,* 12. *q.* 2. Episcopus verò eas tantùm res Ecclesiæ suæ alienare, aut subditis alienandi facultatem concedere potest, quæ Ecclesiæ plus incommodi, quàm utilitatis afferrent, & ea de causa ut meliora prospiceret, *cap. sine exceptione, cum seqq. cap. non liceat Papæ, ead. causa, & quæst.* aut si de propriis rebus tantum Ecclesiæ contulisset, quantum alienare voluerat, *cap. si quis in qualibet, ead. causa & q.* sed neque id poterat Episcopus facere absque consensu Capituli, *dict. cap.*

cap. placuit; eadem quoque lex Romano Pontifici circa res Apostol. Ecclesiæ ponitur, teste Symmacho Papa *in d. c. liceat Papæ*. Sed quoniam non recto judicio plerumque bona Ecclesiarum in grave earum damnum etiam ab Episcopis alienabantur, & propter alienationes hujusmodi gravia detrimenta patiebantur, & plerique ambitiosa cupiditate detenti immobilia & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesiæ, monasteria, & pia loca reguntur, atque illustrantur, & eorum ministri aluntur, profanis usibus applicare, atque cum maximo illorum, ac divini cultus detrimento exquisitis mediis usurpare, aut alienare non verebantur, propterea Rom. Pont. Paul. II. *in extravag. Ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alien.* expresse prohibuit, omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, aut omne pactum per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, nisi in casibus in ea expressis, ut probat Molin. *d. tract. 2. disp. 468. n. 1.* & etiam alienare, ac in feudum, vel emphyteusim quocunque prætextu, vel causa quæcunque bona ad Ecclesias inferiores, & quævis loca pia nunc, vel deinceps spectantia concedere, vel ultra triennium locare, & concessiones hujusmodi renovare, vel prorogare, cum plurium pœnarum impositione, prohibet Urbanus VIII. *constitut. 51.* incip. *Humanæ, Kalend. Novembris* 1625. Horum primus est locationis, & conductionis infra triennium, cum † res Ecclesiarum ultra triennium non possint quoquo modo locari, aut alienari, Covar. *variar. lib. 2. cap. 16. num. 4.* Mascard. *de probat. conclus. 603. num. 26.* Henriq. *in summa, lib. 13. c. 40. §. 1.* Avendan. *de exequendis mand. part. 1. c. 4. n. 37.* Perez *tit. 7. libro 5. Ordin. pag. 202.* Ugolin. *d. cap. 14. §. 7. n. 5. vers. quarto*, Azor. *institut. moral. p. 2. lib. 7. c. 10. q. 3. & p. 3. lib. 8. c. 3. quæst. 10.* Azeved. *l. 33. tit. 3. lib. 1. novæ recopil.* Cald. Pereira *de resolut. emphyt. c. 2. num. 28.* plures refert Cened. *ad Decretal. collect. 76. num. 1.* Caroc. *de locato, part. 3. sub tit. de rebus Ecclesiæ locandis, concl. 5. & 9.* Card. Tusch. *tom. 5. concl. 406.* Less. *de justit. lib. 2. c. 44. dub. 11. n. 68.* Scort. *in selectas Constit. theorem. 117.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. c. 435. num. 1.* Fachin. *cons. 71. n. 7. & 10. lib. 1.* Mastrill. *decis. 77. n. 8.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 8. n. 53.* Camill. de Laratha *cons. 37. n. 1.* Jacob. Anton. de Mauro *alleg. 31. & 50. in addit.* Marcell. Maurus *alleg. 89. n. 5.* novissimè Bonac. *d. tract. 2. q. unic. punct. 2. num. 24.* & Marcell. Vulpe *d. c. 6. à num. 17.* Rota apud Marches. *de commission. p. 1. pag. 106.* nisi in contrarium esset consuetudo, Paris. *cons. 98. lib. 4.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis. 113. num. 5. in prima edit. & resol. 98. n. 5. in 2. edit.*

4 Et hujusmodi triennium infra quod permittitur per *d. Extravag.* Ecclesiarum res locari, est computandum ex tribus fructuum collectionibus, ita ut si ex quolibet triennio unus tantùm fructus percipiatur, tunc triennium pro uno anno computari debeat, & locatio fieri potest usque ad novennium. Ita Covar. *d. cap. 16. num. 6.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 8. num. 12.* Azor. *d. part. 2. lib. 7. cap. 10. quæst. 8. & lib. 9. cap. 2. quæs. 2.* Cardin. Mantica *de tacitis, & ambiguis conventionibus, tom. 1. lib. 5. tit. 3. num. 22.* Quaranta *d. verb. alienatio rerum Ecclesiæ, num. 18.* Cald. Pereira *dict. cap. 2. num. 31.* Navarr. *de alienat. rerum Eccles. num. 21.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiepisc. Neapolit. cap. 60. num. 10.* Vasq. *de redditib. c. 2. §. 2. dub. 6. n. 30.* Filliuc. *tractat. 44. cap. 2. q. 3.* Bonacin. *d. punct. 2. num. 24. vers. advertendum tamen.*

5 Quæstio est dubia, an locatio facta ultra triennium, in totum vitietur, aut quod triennium sustineatur. In qua Doctores in varias divisi sunt sententias. In primis Bart. *in authent. qui rem, num. 7.* & *ibi* Jason *n. 21. de sacrosanct. Ecclesiis*, tenet hanc locationem in totum nullam esse, sed quoad triennium sustineri, sequuntur Matth. de Afflict. *decis. 107. num. 2.* Purpur. *cons. 340. num. 7.* Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 75. in fine, C. de bonis matern.* Gutier. *in l. nemo potest, num. 53. ff. de legat. 1.* Valasc. *de jure emphyt. q. 29. num. 15.* Cardinal. Mantica *d. lib. 5. tit. 5. in princ.* Azor. *d. p. 3. lib. 7. cap. 10. quæst. 4. & lib. 9. cap. 2. quæst. 4.* Cald. Pereira *de resolut. emphyt. c. 2. num. 30. & de emp. c. 32. n. 32.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 162. num. 22.* Camil. Borell. *in sum. omnium decision. tom. 1. tit. 19. num. 5.* me citato pro contraria parte, hanc dicit sibi videri probabiliorem Castr. Palao *dict. puncto 14. num. 7.* & tenuit Rota apud Farin. *decis. 30. p. 1.* & apud Marchesan. *de commission. p. 1. pag. 108.* ubi ponit decisionem *in Brixiensi locationis, 5. Octobris 1594.* coram *Peña*, quæ disputat in utramque partem, & tandem cum hac remanet. Et hanc sententiam primò probant ex *d. Extravag. Ambitiosæ*, ibi, *nullius omninò sit roboris, & momenti*: ubi † dictio 6
illa, *omninò*, indistinctè omnes annos comprehendit, ac omni ex parte locationem annullat, juxta notata per me *in remiss. de dictionibus, & clausulis, dict. 206. Secundò ex Clem. 1. C. de rebus Ecclesiæ non alien.* ubi dicitur quod † nec recipienti jus aliquod acquiratur, 7
quia quando negativa adjungitur cum dictione *aliquid*, etiam in qualibet minima parte verificatur, gl. *verb. aut earum, in Clement. 1. de foro competent.* Ubi Cardin. notat Tiraquell. *in l. si unquam, verb. omnia, n. 5. & num. 14.* & faciunt quæ adduxi Ego ipse *dict. 14. n. 6. Tertiò* adducitur text. *in auth. de non alienandis, §. emphyteusim*, ibi, *neque quod sit, habere aliquod penitus robur sinimus.* Tandem facit, quod in his, quæ pendent à voluntate duorum, & agitur de obligatione contrahenda, si contractus non valet ut fit, nec valebit ut valere potest, notat Bart. communiter receptus *in l. 1. §. si quæsita, ff. de verborum oblig.*

Contrariam opinionem, scilicet locationem rerum Ecclesiæ factam ad plures annos, validam manere quoad dictum triennium, tenuit Bald. *in auth. si quas ruinas, C. de sacrosanct. Eccles.* sequuntur Paul. *in auth. qui rem, C. eodem tit. n. 7.* ubi Decian. *n. 23.* Curt. jun. *tract. de feudis, p. 2. q. 6.* Covar. *in c. 16. n. 5.* Sylvest. Aldobrandin. *cons. 79. num. 3. lib. 1.* Tiraq. *de retract. lig. §. 23. gl. 1. num 12.* Clar. *in §. emphyteusis, q. 6. & in §. feudum, q. 13. & in §. donatio, q. 17. n. 2.* Molina *de primog. lib. 1. c. 21. num. 28. vers. contrarium*, alter Molina *de justitia, tract. 2. disp. 467. col. 2.* Rebell. *de oblig. justit. p. 2. lib. 14. q. 6.* Gama *dec. 390.* Card. Tusch. *verb. locatio, concl. 406. in princ.* Perez *l. 1. tit. 6. lib. 5. Ordin. pag. 203. col. 1.* Stephan. Quaranta *d. verb. alienatio rerum Ecclesiæ, n. 18.* Ugolin. *d. c. 14. §. 7. n. 5. vers. quarto.*

Sic etiam emphyteusis concessa in quartam, vel quintam generationem, quoad tertiam permissam valida est, *auth. de non alienandis, §. quod autem, collat. 2.* Covar. *d. c. 16. n. 5. ad finem*, Molina *d. c. 21. n. 34.* Gam. *decis. 72. n. 2.* Cald. Pereira *d. c. 32. num. 33. & de nomin. q. 19. n. 81.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. dec. 117. n. 2. in prima edit. & resol. 102. n. 2. in secunda edit.*

Sic etiam donatio facta absque insinuatione ultra 9
quingentos aureos, in excessu solùm vitiatur, & firma remanet in summa à Jure permissa, ut docet expressè text. *in l. sancimus, in princip. vers. si quid autem, C. de donat. Ord. Regia Lusit. lib. 4. tit. 62. in principio*, resolvunt Clar. *in §. donatio, q. 17. n. 2.* Molin. *d. tract. 2. disp. 278. in principio*, Aloys. Ricc. *d. resol. 102. n. 3.* Cevall. *commun. contra commun. q. 222. n. 3.* Rebell. *d. q. 2. lib. 18. q. 6. n. 6.* Cardin. Mantica *d. tit. 5. n. 23.*

Ego verò prædictas opiniones inter se discordantes, 10
adhibita distinctione ad concordiam reducendas esse arbitror, & ut generaliter materia percipi possit, distinguendum est, quod aut tempus licitum in his contractibus ab illicito separari non potest, aut potest: priori casu dicendum est contractum, non solùm pro tempore prohibito, sed neque etiam pro tempore permisso